

[illegible]

William Mackinnell.
Glasgow University.

March 9th 1848.



HOMERI ILIAS

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE ET CUM NOTIS

SAMUELIS CLARKE, S. T. P.

Ὅμηρος —— λέξει καὶ διανοίᾳ ὑπερβέβληκε,
Aristot. de Poëtic. Cap. 24.

Hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiae, procul à se reliquit. *Quinctilian. Lib.* X. *cap.* 1

NOVA EDITIO.

TOM. II.

EDINBURGI:
PUBLISHED BY ROBERT MARTIN
MDCCCXLV.

STEREOTYPED AND PRINTED BY
STEVENSON AND COMPANY, PRINTERS TO THE UNIVERSITY,
32 THISTLE STREET, EDINBURGH.

LECTORI.

Cum secundum hunc *Iliados* Tomum Pater meus imperfectum reliquerit, libros verò penè quatuor prorsùs absolvisset, notas et observationes caeteris in libris margini passim adscripsisset; ne haec interciderent penitùs et perirent, reliqua aliquo modo supplere conatus sum.

In tres priores ex duodecim hisce posterioribus *Iliados* libris, itemque in quartum usque ad *ver.* 359. annotationes ipse perfecerat; Textum et Versionem usque ad *ver.* 510. ejusdem libri recensuerat. Atque haec ex ejus Manuscripto quàm accuratissimè edidi.

Reliquis in libris *Textum* aut *Barnesii* aut veterum Editionum retinui; unâ alterâve ex notis paternis, nullâ de meo adhibitâ correctione.

Versionem Editionis *Wetstenianae* plerunque secutus sum; quam tamen interdum ubi ipsa sententia exegerit, interdum ubi priores Patris emendationes admonuerint, emendavi.

Annotationes partim ex Patris mei in priores libros annotationibus excerptas; partim ex illis, quas per reliquos libros passim in

margine scriptas reliquerat, collectas; (de meo ipsius paucissimis interjectis,) addidi.

VARIAS porrò lectiones Codicis *Harleiani* et *Italicorum* quorundam mecum, ut olim cum Patre, à Viro erudito THOM. BENTLEIO communicatas suis locis inserui.

INDICES denique duos subnexui, alterum Verborum de quibus in annotationibus praecipuè agitur, Auctorumque ibidem citatorum; alterum rerum in *Iliade* maxime memorabilium, ex Editione *Wetsteniana* fere desumptum.

SAMUEL CLARKE, FIL.

ΤΗΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ῬΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ Ν'.

Ὑπόθεσις τῆς ὉΜΗΡΟΥ ῥαψωδίας Ν'.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ, νικωμένους ἐλεῶν τοὺς Ἕλληνας, ὁμοιοῦται Κάλχαντι, καὶ ἀμφοτέρους τοὺς Αἴαντας παρορμᾷ, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους· μετὰ ταῦτα Ἰδομενεὺς ἀριστεύει, καὶ ἀναιρεῖ Ὀθρυονέα, καί τινας ἄλλους· πολλοὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἀναιροῦνται. Τιτρώσκονται δὲ Δηΐφοβος καὶ Ἕλενος· τοὺς δὲ ὑπηκόους συναγαγὼν Ἕκτωρ ἐπάγει τοῖς πολεμίοις, καὶ μεγάλως ἀμφοτέρωθεν ἀναιροῦνται.

Ἄ Λ Λ Η.

ΔΙΑῤῬΗΞΑΣ τὰς πύλας τοῦ τείχους τῶν Ἑλλήνων Ἕκτωρ, μετὰ βάρους τε εἰσελθὼν, εἰς φυγὴν αὐτοὺς τρέπει· καὶ Ζεὺς μὲν, ἀποστρέψας τὰς ὄψεις ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἀλλοφύλους θεωρεῖ ἀνθρώπους. Ποσειδῶν δὲ καθεζόμενος ἐπὶ Σαμοθράκης, θεασάμενος ἡττημένους τοὺς Ἕλληνας, παραγίγνεται εἰς Αἰγὰς, ἔνθα ἦν αὐτῷ τέμενος· λαβὼν δὲ συνήθη κόσμον, καὶ ὑποζεύξας ἵππους, παραγίγνεται εἰς τὸ πεδίον· καὶ τὸ μὲν ἅρμα καθιστᾷ ἐν τῷ πελάγει, αὐτὸς δὲ, ὁμοιωθεὶς Κάλχαντι, παρορμᾷ τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων· οἱ καὶ τρόπον τινὰ ἐμπνευσθέντες παρὰ τοῦ θεοῦ, γενναίως ἀγωνίζονται· ἐν οἷς καὶ Ἰδομενεὺς καὶ Μηριόνης εὐδοκιμοῦσι. Συμβολῆς δὲ γενομένης, ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων ἐξαίσιος βοὴ αἴρεται.

Ἐπιγραφαί.

Ἡ ἐπὶ ταῖς ναυσὶ μάχη.

Ἄλλως.

Νῦ δ', ἐπὶ νηυσὶ μάχῃ Δαναοῖς ἤμυνε Ποσειδῶν.

Ἄλλη.

Νῦ δὲ, Ποσειδάων Δαναοῖς κράτος ὤπασε λαθρῇ.

ΖΕΥΣ δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε,
Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζὺν
Νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ,

JUPITER verò postquam Troasque et Hectorem navibus admovisset,
Eos quidem reliquit ad illas, laboremque ut-ferrent et ærumnas
Indesinentèr; ipse autem retrò vertit oculos fulgidos,

Ver. 1. —— ἐπεὶ οὖν.] *Quoniam, ut dictum est*——. Nempè, libro superiori, *ver.* ult. *Ibid.* —— πέλασσε.] Ita jam scribendum, necessariò; quia πέλασε secundam corripit. Dubitari tamen potest, utrumne Græci Antiquiores isto modo scripserint. Nam quum

Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων, ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων·
Ἐς Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπεν ὄσσε φαεινώ·
Οὐ γὰρ ὅγ' ἀθανάτων τιν' ἐέλπετο ὃν κατὰ θυμὸν
Ἐλθόντ', ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν, ἢ Δαναοῖσιν.
Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε κρείων Ἐνοσίχθων·
Καὶ γὰρ ὁ θαυμάζων ἧστο πτόλεμόν τε μάχην τε
Ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑλῃέσσης,
Θρηϊκίης· ἔνθεν γὰρ ἐφαίνετο πᾶσα μὲν Ἴδη,
Φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν.
Ἔνθ' ἄρ' ὅγ' ἐξ ἁλὸς ἕζετ' ἰὼν, ἐλέαιρε δ' Ἀχαιοὺς
Τρωσὶν δαμναμένους, Διῒ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
Αὐτίκα δ' ἐξ ὄρεος κατεβήσατο παιπαλόεντος,
Κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς· τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη

Seorsùm equestrium Thracum intuens terram,
Mysorumque cominùs-pugnantium, et illustrium Hippomolgorum,
Lacte-victitantium [*pauperum*] longaevorumque, justissimorum hominum;
Ad Trojam autem non omninò ampliùs vertebat oculos fulgidos:
Non enim ille immortalium quemquam existimabat suo in animo
Profectum, vel Trojanis auxiliaturum, vel Danais.
Neque *verò* caecam-speculationem agebat rex Neptunus:
Etenim hìc spectans sedebat bellumque pugnamque
Altè super summum verticem Sami sylvosae,
Threïciae: inde enim conspiciebatur tota quidem Ida,
Conspiciebatur et Priami urbs, et naves Achivorum.
Illic *utique* is è mari sedebat egressus, miserabatur autem Achivos
A Trojanis domitos, Jovique gravitèr succensebat.
Protinùs itaque de monte descendit praerupto,
Rapidè pedibus progressus: tremebant autem montes alti et sylva

σ, *suæ potestatis literam* dixerunt; haud scio an hoc sibi voluerint: literas ζ, ξ, ψ, necessariò quidem *duplices* esse; consonantium reliquas omnes, *simplices;* unicam autem σ, istiusmodi esse, ut *permultis* in locis, ac *præcipuè* in Verborum Aoristis, *simplex*, *duplex*ve ex æquo pronuntiari possit.

Ver. 4. Νόσφιν.] Vide suprà ad ά, 349.

Ver. 5. —— ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν —— ἀβίων τε.] *Al.* Ἀγαύων ἱππημολγῶν. —— Ἀβίων τε. Quique ἀβίων scribunt, eorum alii intelligunt (notante *Eustathio*) ὀλιγοβίους, sive εὐτελεῖς καὶ ἁπλοῦς· alii, τοὺς ἅμα βίῳ πορευομένους, ὡς ἁμαξοβίους· alii, τοὺς ἅμα βίῳ, τουτέστι τόξῳ, πορευομένους· alii, ἐλευθέρους, ὅτι βίαν οὐκ οἴδασιν· alii, ἀοίκους· alii, μακροβίους· alii, πολυβίους, ὅ ἐστιν, ἀνδρείους. Homeri, credo, temporibus nihil hìc ambigui. *Strabo* interpretatur, ἀνεστίους, ἁμαξοικοὺς, ἀπ' ὀλίγων εὐτελῶς ζῶντας, κοινὰ κεκτημένους πάντα, sine πολυτελείᾳ καὶ καπηλείᾳ. *Lib.* VII, *p.* 455. 460. 461.

Ver. 8. — ἀθανάτων.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 9. — ἀρηγέμεν.] Ἀρηξέμεν, Codex *Harleianus* à viro erudito *Tho. Bentleio* collatus.

Ver. 11. —— πτόλεμόν τε μάχην τε.] Vide suprà ad ή, 232. 279.

Ver. 12. — ὑλῃέσσης.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 13. —— ἔνθεν γὰρ ἐφαίνετο πᾶσα.]
—— unde omnis Troja videri,
Et Danaûm solitæ naves, et Achaïca castra.
Æn. II, 461.

Ver. 15. Ἔνθ' ἄρ'.] *Illic utique*——.

Ibid. —— ἐλέαιρε δ' Ἀχαιοὺς —— Διῒ δὲ —— ἐνεμέσσα.] Ἀσύστατον hoc existimavit *Spondanus*, cum eo quod dixerat *Neptunus* suprà, θ', 210. Οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι——. Sed mentem Poëtæ minùs cepit vir eruditus. *Illic* nimirùm in *campo*, longiùs à *mari*, pugnabatur: *Hìc* ad usque naves repulsi, *marique* ipso coërciti Achivi, necessitate coacti dimicabant.

Ver. 18. —— τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη.] Πολὺ δὲ——ἀμείνω τὰ,——εῖα (πολλοῖς δὲ πρὸ

Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν· τὸ δὲ τέτρατον, ἵκετο τέκμωρ,
Αἰγάς· ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
Χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται, ἄφθιτα αἰεί.
Ἔνθ' ἐλθὼν, ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω,
Ὠκυπέτα, χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν κομόωντε.
Χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε περὶ χροΐ· γέντο δ' ἱμάσθλην
Χρυσείην, εὔτυκτον, ἑοῦ δ' ἐπεβήσατο δίφρου·
Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'· ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ
Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα·
Γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο· τοὶ δ' ἐπέτοντο
Ῥίμφα μάλ', οὐδ' ὑπένερθε διαίνετο χάλκεος ἄξων·
Τὸν δ' ἐς Ἀχαιῶν νῆας ἐΰσκαρθμοι φέρον ἵπποι.
Ἔστι δέ τι σπέος εὐρὺ βαθείης βένθεσι λίμνης,
Μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης·
Ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,

Pedibus sub immortalibus Neptuni incedentis.
Ter quidem protendit gressum, quarto autem *passu* pervenit ad-locum-destinatum,
Aegas: Illic scilicèt ei inclytae aedes in imo mari,
Aureae, coruscantes, aedificatae sunt, incorruptibiles semper.
Illuc cùm-venisset, sub curru junxit aeripedes equos,
Celeritèr-volantes, aureis jubis comantes.
Aurum autem ipse induit circum corpus; accepitque scuticam
Auream, scitè-factam, suumque conscendit currum;
Coepitque invehi super undas: exultabant autem cete sub ipso
Undique è latebris, neque non-agnoverunt regem:
Cum laetitiâ etiam mare huc-illuc-diductum-cedebat: Hi itaque volabant
Celeritèr admodùm, neque subtùs madescebat aereus axis:
Hunc autem ad Achivorum naves agiles ferebant equi.
Est autem quaedam specus ampla alti in profundo maris,
Inter Tenedum et Imbrum asperam:
Illic equos stabulare-fecit Neptunus terrae-quassator,

ἡμῶν ὁ τόπος ἐξείργασται) τὰ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος· "τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη.——Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'——." *Longinus*, § 9.

Ver. 22. —— τετεύχαται.] *Al.* τετεύχατο. Utrumvis, hoc quidem in loco, rectè constabit.

Ver. 23. —— ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο—ἵππω.]
Junxit equos curru genitor. *Æn.* V, 817.

Ibid. —— χαλκόποδ'.]
—— Æripedem. *Æn.* VI, 803.

Ver. 24. —— χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν.] Pronuntiabatur χρυσῇσιν. Prima enim corripi non potest; neque in his ulla unquam est Licentia. *Al.* χρυσείοισιν.

Ver. 26. ——— ἐπεβήσατο.] *Al.* ἐπεβήσετο. Itemque *ver.* 17, κατεβήσετο. De quo, vide suprà ad β', 35; et ad ί, 109.

Ver. 27. Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'———] Vide suprà ad *ver.* 18.
— manibusque omnes effundit habenas.
Cæruleo per summa levis volat æquora curru:
Subsidunt undae, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis:———
Tum variæ comitum facies, immania cete. *Æn.* V, 818.
Atque rotis summas levibus perlabitur undas. *Æn.* I, 151.
Superiorem hoc in loco *Virgilio Homerum*, nemo negaverit.

Ibid. —— ὑπ' αὐτῷ.] Ὑπ' αὐτοῦ, Cod. *Cantab.* à *Barnesio*, et Codd. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collati.

Ver. 29. Γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα.] *Al.* Γηθόσυνη δὲ θάλασσα, *lætum mare.* Quæ et æquè commoda Lectio. Nam γηθόσυνος [*lætus*,] vox Homero non inusitata.

Λύσας ἐξ ὀχέων, παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ
Ἔδμεναι· ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας,
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν
Νοστήσαντα ἄνακτα· ὁ δ' ἐς στρατὸν ᾤχετ' Ἀχαιῶν.
Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀολλέες, ἠὲ θυέλλῃ,
Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο,
Ἄβρομοι, αὐΐαχοι· ἔλποντο δὲ νῆας Ἀχαιῶν
Αἱρήσειν, κτενέειν δὲ παρ' αὐτόφι πάντας Ἀχαιούς·
Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος, ἐννοσίγαιος,
Ἀργείους ὤτρυνε, βαθείης ἐξ ἁλὸς ἐλθὼν,
Εἰσάμενος Κάλχαντι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν·
Αἴαντε πρώτω προσέφη, μεμαῶτε καὶ αὐτώ·
Αἴαντε, σφῷ μέν κε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν,
Ἀλκῆς μνησαμένω, μηδὲ κρυεροῖο φόβοιο.
Ἄλλῃ μὲν γὰρ ἔγωγ' οὐ δείδια χεῖρας ἀάπτους
Τρώων, οἳ μέγα τεῖχος ὑπερκατέβησαν ὁμίλῳ·
Ἕξουσιν γὰρ ἅπαντας ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί·

Solutos curribus, juxtàque divinum posuit pabulum
Ut ederent: circàque pedes pedicas jecit aureas,
Infrangibiles, insolubiles; ut firmitèr illic manerent
Rediturum regem: is autem ad exercitum abiit Achivorum.
Trojani verò flammae pares conferti, sive procellae,
Hectorem Priamidem inexpleto ardore sequebantur,
Magnùm-frementes, clamantesque; sperabant autem naves Achivorum
Capturos *se*, occisurosque ad ipsas omnes Achivos:
Sed Neptunus terram-cingens, terrae-quassator,
Argivos excitabat, profundo è mari egressus,
Cum-se-assimilâsset Chalcanti corpore et indefessâ voce:
Atque Ajaces *quidem* primos allocutus est, promptos-animis etiam per se:
" Ajaces, vos quidem servabitis populum Achivorum,
" Fortitudinis memores, nequaquam autem dirae fugae.
" Alibi enim equidem non timeo manus audaces
" Trojanorum, qui magnum murum transcenderunt turbâ;
" Sustinebunt enim omnes benè-ocreati Achivi:

Ver. 36. — πέδας ἔβαλε χρυσείας.] De eo artificio, quo Poëta versûs sui numeros, verborumque ipsorum Sonum, ad rei dicendæ naturam exegerit; vide suprà ad γ′, 363.

Ver. 40. —— Πριαμίδῃ.] Vide suprà ad ά, 598.

Ver. 42. —— παρ' αὐτόφι.] Παρ' αὐτόθι, Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus.

Ver. 44. Ἀργείους ὤτρυνε.]

—— animum viresque Latinis
Addidit, et stimulos acres sub pectore vertit. *Æn.* IX, 717.

———— in prœlia sæva
Suscitat, et stimulis haud mollibus incitat iras. *Æn.* XI, 727.

Ver. 45. Εἰσάμενος.] Notandus hìc primarius et maximè proprius *Vocis Mediæ* usus. Vide suprà ad γ′, 141.

Ibid. —— δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν.]

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque. *Æn.* IV, 558.

Ver. 46. et suprà, 40. —— μεμαῶτι.] Quâ analogiâ factum ex βασιλῆος, βασιλέως· ex βασιλῆα, βασιλέα· ex μετήορος, μετέωρος· ex λαὸς, λεώς· ex ἵλαος, ἵλεως· Μενέλαος, Μενέλεως· ex τεθνηότος, τεθνεῶτος· eâdem analogiâ fit ex μεμαότες, μεμαῶτες. Vide suprà ad ά, 265; ad β′, 818; et ad ζ, 464.

Ver. 49. — δείδια.] Vide suprà ad ά, 37.

Τῇ δὲ δὴ αἰνότατον περιδείδια, μήτι πάθωμεν,
Ἧ ῥ' ὅγ' ὁ λυσσώδης, φλογὶ εἴκελος, ἡγεμονεύει
Ἕκτωρ, ὃς Διὸς εὔχετ' ἐρισθενέος πάϊς εἶναι.
Σφῶϊν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν,
Αὐτώ θ' ἑστάμεναι κρατερῶς, καὶ ἀνωγέμεν ἄλλους·
Τῷ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν
Ὠκυπόρων, εἰ καί μιν Ὀλύμπιος αὐτὸς ἐγείρει.
Ἦ, καὶ σκηπανίῳ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
Ἀμφοτέρω κεκοπὼς πλῆσεν μένεος κρατεροῖο,
Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.
Αὐτὸς δ', ὥστ' ἴρηξ ὠκύπτερος ὦρτο πέτεσθαι,
Ὅς ῥά τ' ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης περιμήκεος ἀρθεὶς
Ὁρμήσει πεδίοιο διώκειν ὄρνεον ἄλλο·
Ὣς ἀπὸ τῶν ἤϊξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.
Τοῖϊν δ' ἔγνω πρόσθεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας,
Αἶψα δ' ἄρ' Αἴαντα προσέφη Τελαμώνιον υἱόν·
Αἶαν, ἐπεί τις νῶϊ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
Μάντεϊ εἰδόμενος κέλεται παρὰ νηυσὶ μάχεσθαι,
Οὐδ' ὅγε Κάλχας ἐστὶ, θεοπρόπος οἰωνιστής·

"Hâc verò *parte* sanè gravissimè timeo, nequid incommodi-accipiamus,
"Quâ hic rabiosus, flammae par, ducit-copias
"Hector, qui Jovis jactat praepotentis filium *se* esse.
"At vobis sic deorum aliquis in mentibus ponat,
"Ut et ipsi stetis fortitèr, et hortemini alios:
"Ita enim, ardentem licèt, repuleritis à navibus
"Velocibus, etiamsi eum Jupiter ipse excitet."
Dixit; et sceptro, terram-cingens Neptunus,
Ambos feriens, implevit robore forti,
Membraque fecit levia, pedes et manus supernè.
Ipse autem, ut accipiter alis-pernix excitatus fuerit ad volandum,
Qui è praeruptâ petrâ excelsâ levatus
Properaverit per planitiem insequi avem alîus-generis:
Sic ab his facto-impetu-abiit Neptunus terrae-quassator.
Ex-ipsis-duobus autem sensit priùs Oïlei *filius* velox Ajax,
Statimque Ajacem allocutus est Telamonium filium:
"Ajax, quoniam aliquis nobis Deorum, qui Olympum habitant,
"Vati assimilatus jubet ad naves pugnare;
"(Neque *enim* hic Calchas est, vates augur;

Ver. 53. Ἧ ῥ' ὅγ'.] *Quâ scilicèt hic. &c.*

Ibid. —— εἴκελος.] Ita restituit *Barnesius*, alibi ex MS. hic ex conjecturâ. *Al.* ἴκελος. Quod primam corripit.

Ver. 60. —— κεκοπὼς.] *Al.* κεκοφώς.

Ibid. —— πλῆσεν μένεος κρατεροῖο.] Vide suprà ad *ver.* 44.

Ver. 62. — ὥστ' ἴρηξ.] Ἰωνικῶς ψιλοῦται, εἰ καὶ τὸ ἱέραξ δασύνεται. *Eustath.*

Quam facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam. *Æn.* XI, 721.

Ver. 67. Αἶψα δ' ἄρ'.] *Statimque adeò; Statimque proinde.*

Ver. 68. — ἐπεί τις.] "Hæc oratio," inquit *Spondanus*, "est μείουρος. Nihil enim subjici- "tur, quod fit hujus initii ἀπόδοσις." Non vidit nimirùm vir eruditus, versus 70, 71 et 72. Parenthesi includendos; ἀπόδοσιnque ab istis demùm verbis incipere, Καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ, &c.

Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος· ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ·
Καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι
Μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι,
Μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερθεν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη Τελαμώνιος Αἴας·
Οὕτω νῦν καὶ ἐμοὶ περὶ δούρατι χεῖρες ἄαπτοι
Μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὤρορε, νέρθε δὲ ποσσὶν
Ἔσσυμαι ἀμφοτέροισι· μενοινώω δὲ καὶ οἶος
Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτι μάχεσθαι.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
Χάρμῃ γηθόσυνοι, τήν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ.
Τόφρα δὲ τοὺς ὄπιθεν Γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιοὺς,
Οἳ παρὰ νηυσὶ θοῇσιν ἀνέψυχον φίλον ἦτορ·
Τῶν ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέῳ καμάτῳ φίλα γυῖα λέλυντο,
Καί σφιν ἄχος κατὰ θυμὸν ἐγίνετο, δερκομένοισι

"Vestigia quippe retrò pedum et tibiarum
"Facilè cognovi abeuntis: facilè utique dignoscuntur dii:)
"Continuò etiam mihi ipsi animus in pectoribus meis
"Magis excitatus est ad pugnandum atque proeliandum;
"Pugnamque-appetunt-gestientes subtus pedes, et manus supernè."
Hunc autem respondens allocutus est Telamonius Ajax:
"Sic nunc et mihi circa hastam manus audaces
"Gestiunt, et mihi animus erectus est; subtusque pedibus
"Sentio me-impulsum ambobus: animo verò incitato cupio vel solus
"Cum Hectore Priamide inexpletùm ardenti pugnare."
Sic hi quidem talia inter se dicebant,
Pugnae-studio laeti, quod ipsis deus immiserat animo.
Interim autem postremos Neptunus excitabat Achivos,
Qui ad naves veloces reficiebant suum animum:
Quorum utique simul gravique labore sibi *defessa* membra soluta erant,
Simulque ipsis dolor in animo oriebatur, aspicientibus

Ver. 71. Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν.]
— avertens roseâ cervice refulsit:—
—— pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit Dea.———
Æn. I, 406.
Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram:
Agnovere Deum proceres.———
Æn. IX, 657.

Ver. 74. ——— πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.] Vide suprà ad ή, 232, 279.

Ver. 78. —— ὤρορε.] *Schol.* Ὥρμηται, ὁρμᾶται· ὑπερβιβασμὸς χρόνου. Quæ quàm inepta sit observatio, vide suprà ad ά, 37.

Ver. 79. —— μενοινώω δὲ καὶ οἶος.]
Audeo, et Æneadûm promitto occurrere turmæ,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Æn. XI, 503.

Ver. 83. Τόφρα δὲ.] *Barnesius* edidit Τοφράδε· et τὸ, "Δὲ," inquit, παρέλκει. Ineptè admodùm, et contra omnem linguæ Græcæ analogiam.

Ver. 84. Οἳ——ἀνέψυχον.] *Al.* ἀνέψυχθεν· Quod et comprobat *Barnesius*, ex κ', 575. Atqui ea vox hoc in loco sententiam planè perimeret. Aliud enim est, quod istic dicitur, *recreati sunt;* aliud, quod hîc, *recreabantur.* Indicat nimirùm *Tempus illud*, quod appellant Grammatici, *imperfectum*, spatium aliquod temporis *productius* inter agendum; quâ de causâ aptè à Græcis appellatur παρατατικός. Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 85. Τῶν ῥ'.] *Quorum scilicèt; quorum utique*———.

Τρῶας, τοὶ μέγα τεῖχος ὑπερκατέβησαν ὁμίλῳ·
Τοὺς οἵγ᾽ εἰσορόωντες, ὑπ᾽ ὀφρύσι δάκρυα λεῖβον·
Οὐ γὰρ ἔφαν φεύξεσθαι ὑπ᾽ ἐκ κακοῦ· ἀλλ᾽ Ἐνοσίχθων
Ῥεῖα μετεισάμενος κρατερὰς ὤτρυνε φάλαγγας.
Τεῦκρον ἐπὶ πρῶτον καὶ Λήϊτον ἦλθε κελεύων,
Πηνέλεών θ᾽ ἥρωα, Θόαντά τε, Δηΐπυρόν τε,
Μηριόνην τε, καὶ Ἀντίλοχον, μήστωρας ἀϋτῆς·
Τοὺς ὅγ᾽ ἐποτρύνων, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Αἰδὼς, Ἀργεῖοι, κοῦροι νέοι· ὔμμιν ἔγωγε
Μαρναμένοισι πέποιθα σαωσέμεναι νέας ἁμάς·
Εἰ δ᾽ ὑμεῖς πολέμοιο μεθήσετε λευγαλέοιο,
Νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ, ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.
Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ᾽ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι,
Δεινὸν, ὃ οὔποτ᾽ ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον,
Τρῶας ἐφ᾽ ἡμετέρας ἰέναι νέας· οἳ τοπάρος περ
Φυζακινῆς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν, αἵτε καθ᾽ ὕλην
Θώων, πορδαλίων τε, λύκων τ᾽ ἤϊα πέλονται,

Trojanos, qui magnum murum transcenderant cum tumultu:
Hos illi scilicèt inspicientes, sub superciliis lachrymas fundebant;
Non enim putabant *se* effugituros perniciem: sed Neptunus
Facilè interventu-suo fortes concitavit phalangas.
Atque ad Teucrum *quidem* primùm et Leïtum venit hortans,
Peneleumque heroëm, Thoantemque, Deïpyrumque,
Merionemque, et Antilochum, peritos pugnae:
Hos ille incitans, verbis alatis allocutus est:
" *Proh*, pudor, Argivi, juvenes adolescentes: vobis ego
" Pugnantibus confido salvas fore naves nostras:
" Si verò vos pugnam detrectabitis gravem,
" Jam nunc certè illuxit dies, quo à Trojanis domabimur.
" O dii, profectò ingens miraculum hoc oculis video,
" Indignum, quod nunquam ego eventurum putabam,
" Trojanos ad nostras accedere naves; qui priùs
" Fugacibus cervis similes erant, quae per sylvam
" Thoum, pardaliumque, luporumque escae sunt,

Ver. 90. Ῥεῖα μετεισάμενος.] *Facilè se inferens, facilè humanâ specie interveniens.*

Ver. 94. ——— πτερόεντα.]

——————— *verbis*
Quæ tutò tibi magna *volant*.
Æn. XI, 380.

Ver. 96. ——— πέποιθα.] Malè hîc Interpretes, *confidebam*. Nihil enim aliud Græcè sonat πέποιθα, quàm quod Latinè *confido*.

—— πεποίθασίν τε βίηφι. δ′, 325.
——— ὄφρα πεποίθῃς. ά, 524.
Ἵπποισίν τε πέποιθε, ——. ψ′, 286.
—— νέος εἰμὶ, καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα. *Odyss.* π′, 71.
——— νεώτερός εἰμι, καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα. φ′, 132.

Vide suprà ad ά, 37. et ad β′, 322.

Ver. 102. — ὕλην.] Vide suprà ad γ′, 151.

Ver. 103. —— πορδαλίων.] Codices plerique, παρδαλίων.

Ibid. — ἤϊα πέλονται.] Supervacaneum est, quod hîc annotat *Barnesius*; " *media* τοῦ ἤϊα " —— *aliàs certè brevis, ut Odyss.* μ′, 329. " —— ἐξέφθιτο ἤϊα πάντα." Cujus rei eandem esse causam, ac in voce τίω, — Ἰδομενεῦ, πέρι μέν σε τίω, δ′, 257. ignoravit Vir eruditus. Nempe ad istum locum, " *vel hinc patet*," " inquit, " *priorem* τοῦ τίω *communem esse*:" Quod nequaquam verum est: nam in τίσω, τίσεσθαι, et similibus, ubi *duæ Vocales* non *concurrunt*, prior *Homero* nunquam corripitur. Et ad *Odyss.* β′, 289. Ὄπλισσόν τ᾽ ἤϊα

Αὔτως ἠλάσκουσαι, ἀνάλκιδες, οὐδ' ἐπὶ χάρμη·
  Ὣς Τρῶες τοπρίν γε μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν
Μίμνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐναντίον, οὐδ' ἠβαιόν·
Νῦν δ' ἕκαθεν πόλιος κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ μάχονται,
Ἡγεμόνος κακότητι, μεθημοσύνῃσί τε λαῶν,
Οἳ κείνῳ ἐρίσαντες ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσι
Νηῶν ὠκυπόρων, ἀλλὰ κτείνονται ἀν' αὐτάς.
Ἀλλ' εἰ δὴ καὶ πάμπαν ἐτήτυμον αἴτιός ἐστιν
Ἥρως Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
Οὕνεκ' ἀπητίμησε ποδώκεα Πηλείωνα·
Ἡμέας γ' οὔπως ἐστὶ μεθιέμεναι πολέμοιο·
Ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον· ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν.
Ὑμεῖς δ' οὐκέτι καλὰ μεθίετε θούριδος ἀλκῆς,
Πάντες ἄριστοι ἐόντες ἀνὰ στρατόν· οὐδ' ἂν ἔγωγε
Ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅστις πολέμοιο μεθείη,
Λυγρὸς ἐών· ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι.
Ὦ πέπονες, τάχα δή τι κακὸν ποιήσετε μεῖζον
Τῇδε μεθημοσύνῃ· ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος

" Temerè errantes, imbelles, neque *natae* ad pugnam :
" Sic Trojani antehac robur et manus Achivorum
" Manere nolebant ex adverso, nè paululùm quidem :
" Nunc verò procul ab urbe cavas ad naves pugnant,
" Imperatoris ignaviâ, negligentiâque militum,
" Qui cum illo contendentes propugnare nolunt
" Naves veloces, sed interficiuntur ad ipsas.
" Veruntamen etiam si omninò reverà in culpâ est
" Heros Atrides, latè-dominans Agamemnon,
" Eò-quòd contumeliâ-affecerit pedibus-celerem Pelidem ;
" Nobis tamen nullo-modo licet intermittere pugnam :
" Sed medeamur ocyùs *huic malo ;* faciles utique sanatu mentes bonorum.
" Vos autem nequaquam honestè remittitis strenuam fortitudinem,
" Omnes fortissimi cùm sitis in exercitu : neque verò ego
" Virum objurgaverim, qui pugnam detrectet,
" Quum imbellis sit : at vobis succenseo ex animo.
" O molles, mox sanè aliquod malum admittetis gravius
" Hâc ignaviâ : sed in mentibus reponite singuli

καὶ ἄγγισιν—· "*in tertio* (inquit) *loco Anapæstus.*" Quæ æquè inepta est annotatio. Vide infrà ad ό, 24.

Ver. 109.— ἐρίσαντες.] De hujus vocis, et similium, prosodiâ ; vide suprà ad ά, 140.

Ver. 111. Ἀλλ' εἰ δὴ καὶ.] *At sanè etiam si* ———.

Ver. 115. —— ἀκεσταί τοι.] *Faciles certè sanatu ; faciles utique sanatu.*

Ver. 116. — καλὰ.] Vide suprà ad β′, 43.

Ver. 117. Πάντες ἄριστοι ἐόντες ———· ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι] Ἐπεὶ δὲ — οὔτ' ἐμπαθὴς ψυχὴ παῤῥησίαν ἀναδέχεται καὶ νουθεσίαν ἄκρατον, ἐν τοῖς χρησιμωτάτοις ἐστὶ τῶν βοηθημάτων ὁ παραμιγνύμενος ἐλαφρὸς ἔπαινος· ὥσπερ ἐν τούτοις, — "Πάντες ἄριστοι ἐόντες ——." *Plutarch. de Adul. et Amici discrim.* sub finem.

Ver. 118. Ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅστις.] Lautus planè ad hunc locum *Spondanus* : "*Quem virum, quæso, intelligit Neptunus ?*" &c.

Ibid. —— μεθείη.] μεθίει, Codd. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collati.

Ver. 120. 122. 123. —— τάχα δὴ —— δὴ γὰρ ——, Ἕκτωρ δὴ.] *Mox sanè* ——; *certè enim* ——; *Hector nempe* ———.

Αἰδῶ καὶ νέμεσιν· δὴ γὰρ μέγα νεῖκος ὄρωρεν.
Ἕκτωρ δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴν ἀγαθὸς πολεμίζει,
Καρτερός· ἔῤῥηξεν δὲ πύλας καὶ μακρὸν ὀχῆα.
Ὣς ῥα κελευτιόων Γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς·
Ἀμφὶ δ' ἄρ' Αἴαντας δοιοὺς ἵσταντο φάλαγγες
Καρτεραὶ, ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν,
Οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος· οἱ γὰρ ἄριστοι
Κρινθέντες Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα δῖον ἔμιμνον,
Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ·
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ·
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
Νευόντων· ὣς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν·
Ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο θρασειάων ἀπὸ χειρῶν
Σειόμεν'· οἱ δ' ἰθὺς φρόνεον, μέμασαν δὲ μάχεσθαι.

"Pudorem, *hominumque* reprehensionem: certè enim ingens certamen ortum est.
"Hector nempè ad naves proelio strenuus pugnat,
"Fortis; perfregitque portas, et longum vectem."
Sic sanè adhortans Neptunus concitavit Achivos:
Circum autem Ajaces duos stabant phalanges
Firmae, quas nè Mars quidem vituperâsset, si intervenisset,
Neque Minerva populorum-concitatrix: quippe praestantissimi *viri*
Delecti, Trojanosque et Hectorem nobilem manebant,
Constipantes hastam hastae, scutum scuto densissimis ordinibus:
Clypeus nempè clypeum fulciebat, galea galeam, virum vir:
Seque-invicem-attingebant setis-equinis-comantes galeae splendentibus conis
Nutantium; adeò densi stabant inter se:
Hastae autem crispabantur audacibus à manibus
Concussae: hi quippe *in hostes* rectà tendebant, ardebantque pugnare.

Ver. 122. Αἰδῶ καὶ νέμεσιν.] Αἰδῶ, οἰκείαν· νέμεσιν, τὴν τῶν ἐκτός· *Scholia inedita* in Cod. *Harleiano* à *Tho. Bentleio* communicata.

Ver. 123. —— βοὴν ἀγαθὸς.] Vide suprà ad β', 408.

Ver. 126. Ἀμφὶ δ' ἄρ' Αἴαντας.] Connectit hæc istud ἄρ' cum eo quod præcessit, *ver.* 46, 47. *Αἴαντε πρώτω,—σφὼ μέν κε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν.*

Ver. 129. Κρινθέντες.] Rectè. Nam κρινθέντες primam necessario corripit.

Ver. 130. Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ·
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.]
—— ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ,
Ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς, ἐκαρτέρει μάχῃ.
Euripid. Heracl. 836.
—— Trojanæ acies, aciesque Latinæ
Concurrunt; hæret pede pes, densusque viro vir.
Æn. X, 360.

Quem ad locum, summâ cum inscitiâ *Servius*: "*Pede* (inquit) *pro Pedi; nam est* "*Antiptosis.*" Cæterùm *Macrobius* in iis, quibus *Virgilium* contendit *Homerici* carminis majestatem non æquâsse; citatis his versibus, "*quanta* (inquit) *sit differentia utri*-"*usque loci, lectori æstimandum relinquo.*" lib. 5. c. 13. Mihi hîc, in *utroque* Poetâ, summus videtur splendor et pulchritudo. *Scaliger*, erga *Homerum* plerumque iniquior, de hisce duobus versibus, "*Fatemur* (inquit) "*ex Græcæ linguæ commoditate nobis esse ap*-"*tiores ad laudandum, quàm ad imitandum.*" Poetic. lib. 5. c. 3. Quod autem rogat; "*cum dixit σάκος σάκεϊ, quid erit ἀσπίδ' ἀσ*-"*πίς?*" non advertit vir eruditus, neque σάκος idem ipsum esse quod ἀσπίς; et sententiam, in voce Ἀσπὶς, ab alio esse inchoatam exordio; nec quæ demùm in sententiâ connectendâ vis esset particulæ istius ἄρ'.

Ibid. —— προθελύμνῳ.] Πολυπτύχῳ, *Scholia inedita* Codicis *Harleiani* à *Tho. Bentleio* communicata.

Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες, ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ
Ἀντικρὺ μεμαώς· ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης,
Ὅντε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥοος ὤσῃ,
Ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης,
Ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
Ὕλη· ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ὄφρ' ἂν ἵκηται
Ἰσόπεδον, τότε δ' οὔτι κυλίνδεται, ἐσσύμενός περ·
Ὣς Ἕκτωρ, εἵως μὲν ἀπείλει μέχρι θαλάσσης
Ῥεῖάδ' ἐλεύσεσθαι κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Κτείνων· ἀλλ' ὅτε δὴ πυκινῇς ἐνέκυρσε φάλαγξι,
Στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθείς· οἱ δ' ἀντίοι υἷες Ἀχαιῶν,
Νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν,
Ὦσαν ἀπὸ σφείων· ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη,
Ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον Τρώεσσι γεγωνώς·
Τρῶες, καὶ Λύκιοι, καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταὶ,

Trojani autem priùs-in-eos-impetum-fecerunt conferti; praeibatque Hector
Contrà alacer-ruens; lapis-cursu-perniciosus sicuti à petrâ,
Quem de vertice-montis fluvius torrens impulerit,
Abruptis immenso imbre asperae retinaculis petrae,
Altéque subsiliens volat, resonatque sub ipso
Sylva; hic autem cursu-perpetuo currit magnâ vi, donec pervenerit
In planitiem; tum verò nequaquam volvitur, cursu licèt incitatus:
Sic Hector, hactenus quidem minabatur, usque ad mare
Facilè *se* perventurum ad tentoria et naves Achivorum,
Interficientem *eos:* verùm quando jam in densas incidisset phalangas,
Stetit propè-admodùm obnitens: ex adverso autem filii Achivorum,
Percutientes ensibusque et hastis utrinque-acutis,
Repulerunt *eum* à se: ille verò cedens asperè-concussus est,
Vociferatusque est altâ-voce Trojanos inclamans:
" Trojani, et Lycii, et Dardani cominùs-pugnantes,

Ver. 136.—ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.] *Duxit eos, ut diximus, Hector.* Ea enim hîc vis est vocabuli, ἄρ', ut conjugat hæc cum eo quod præcessit, *ver.* 39. Τρῶες δὲ——Ἕκτορι——ἕποντο.

Ver. 137. Ἀντικρὺ.] Quâ ratione, ἀντικρὺ, hîc ultimam producat; vide suprà ad ά, 51.

Ibid.——ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης.]

Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cùm ruit avulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas;
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultatque solo, sylvas, armenta, virosque
Involvens secum: disjecta per agmina Turnus
Sic——ruit.—— *Æn.* XII, 684.

Hujus Similitudinis et in utroque Poetâ venustatem *totius*, et apud *Homerum* partium *singularum* (multò etiam magis quàm apud *Virgilium*) accommodam traductionem, aptamque et compositam pulchritudinem, optimè hoc in loco exposuit et enarravit *Popius.*

Ver. 138.——ὤσῃ.] *Al.* ὤσει.

Ver. 139. Ῥήξας————πέτρης.] Suprà ad *ver.* 36.

Ver. 141. Ὕλη.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 144. Ῥεῖάδ' ἐλεύσεσθαι κλίσιας.] Hoc tantùm in loco, et infrà, ύ, 263. occurrit vox ῥεῖάδ' apud *Homerum:* et utrobique cum voce ἐλεύσεσθαι conjuncta. Quare neque cum *Barnesio* sentio, voculam " δὲ" παρέλκειν· id quod linguæ Græcæ ratio haud patitur: neque cum *Eustathio*, δὲ positum esse pro δὴ· quod nihili est: sed, ῥεῖάδ' ἐλεύσεσθαι κλισίας, tantundem esse ac si dictum fuisset, ῥεῖα κλισίασδε ἐλεύσεσθαι. Quod et indicat *Eustathius*, quum addit, ἴσως δὲ καὶ κατὰ τὸ, οἶκόνδε.

Παρμένετ'· οὔτοι δηρὸν ἐμὲ σχήσουσιν Ἀχαιοὶ,
Καὶ μάλα πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες·
Ἀλλ', ὀΐω, χάσσονται ὑπ' ἔγχεος, εἰ ἐτεόν με
Ὦρσε θεῶν ὥριστος, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης.
Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Δηΐφοβος δ' ἐν τοῖσι μέγα φρονέων ἐβεβήκει
Πριαμίδης, πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσε ἴσην,
Κοῦφα ποσὶ προβιβὰς, καὶ ὑπασπίδια προποδίζων·
Μηριόνης δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
Καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην,
Ταυρείην· τῆς δ' οὔτι διήλασεν, ἀλλὰ πολὺ πρὶν
Ἐν καυλῷ ἐάγη δολιχὸν δόρυ· Δηΐφοβος δὲ
Ἀσπίδα ταυρείην σχέθ' ἀπὸ ἕο, δεῖσε δὲ θυμῷ
Ἔγχος Μηριόναο δαΐφρονος· αὐτὰρ ὅγ' ἥρως
Ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, χώσατο δ' αἰνῶς
Ἀμφότερον, νίκης τε, καὶ ἔγχεος, ὃ ξυνέαξε·
Βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Οἰσόμενος δόρυ μακρὸν, ὅ οἱ κλισίηφι λέλειπτο·
Οἱ δ' ἄλλοι μάρναντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

" Perstate: haudquaquam diù me sustinebunt Achivi,
" Licèt valdè addensatis-ordine-quadrato-agminibus seipsos instruxerint:
" Sed, puto, cedent hastâ *meâ fugati*, si reverà me
" Incitavit deorum potentissimus, altitonans maritus Junonis."
Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque.
Deïphobus porrò inter hos elato animo incedebat
Priamides, praeque *se* tenebat clypeum undique aequale,
Levi passu progrediens, et clypeo-tectus procedens:
Meriones autem in eum collimans-direxit hastam fulgentem:
Et percussit, neque aberravit, clypeum undique aequale,
Taurinum; id verò haudquaquam trajecit, sed multò priùs
In extremo fracta est longa hasta: Deïphobus autem
Scutum taurinum tenuit-*procul* à se, timuit enim animo
Hastam Merionis bellicosi: at heros *Meriones*
Retrò sociorum in agmen recessit; iratus est autem graviter
Propter utrumque, victoriamque *amissam*, et hastam, quam fregerat:
Perrexit itaque ire praeterque tentoria et naves Achivorum,
Allaturus hastam longam, quae sibi in tentoriis reliqua erat:
Caeteri verò pugnabant, clamorque immensus exortus est.

Ver. 151. —— οὔτοι δηρὸν ἐμὲ.] *Al.* οὔτι δηρὸν ἐμέ. Malè. *Al.* οὔτι με δηρὸν ἔτι. *Al.* οὔτ' ἔτι δηρὸν ἐμέ.

Ver. 152. —— σφέας αὐτοὺς.] Pronuntiabatur σφᾶς αὐτούς. Nam σφέας ultimam producit. Alioqui contraheretur in σφεῖς.

Ibid. — ἀρτύναντες.] Vide suprà ad ά, 338.

Ver. 156. — ἐβεβήκει.] Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 157. Πριαμίδης.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 163. —— ἀπὸ ἕο.] Quâ ratione, ἀπὸ, hîc ultimam producat; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 168. Οἰσόμενος δόρυ.] Observandus hîc maximè proprius *vocis mediæ* usus. Quod et *Eustathius* notavit, et Scholiastes. Οἴσων μὲν γὰρ, ἑτέρῳ· οἰσόμενος δὲ, ἑαυτῷ. *Allaturus sibi hastam*, &c. Vide suprà ad γ', 141.

Ibid. —— κλισίηφι.] *Eustathius* in commentario κλισίηφι.

Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα
Ἴμβριον αἰχμητὴν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν·
Ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,
Κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε Μηδεσικάστην·
Αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,
Ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσι·
Ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὁ δέ μιν τίεν ἶσα τέκεσσι.
Τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχεϊ μακρῷ
Νύξ', ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὣς,
Ἥ τ' ὄρεος κορυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο
Χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ·
Ὣς πέσεν· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.
Τεῦκρος δ' ὡρμήθη, μεμαὼς ἀπὸ τεύχεα δῦσαι·
Ἕκτωρ δ' ὁρμηθέντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
Τυτθόν· ὁ δ' Ἀμφίμαχον, Κτεάτου υἷ' Ἀκτορίωνος,

Ac Teucer quidem primus Telamonius virum interfecit
Imbrium armis-acerrimum, divitis-equorum Mentoris filium:
Habitabat autem *is* Pedaeum, antequam venissent filii Achivorum,
Filiamque Priami notham uxorem-habebat Medesicasten:
At postquam Danaorum naves venissent utrinque-remis-actae,
Rursùs ad Ilium venit, excellebatque inter Trojanos:
Habitabat autem apud Priamum: isque eum honorabat aequè ac filios.
Hunc utique filius Telamonis sub aurem hastâ longâ
Vulneravit, evulsitque hastam: is autem cecidit, fraxinus tanquam,
Quae montis in vertice procul conspicui
Aere recisa, tenera terrae folia admovit:
Sic cecidit; circumque ipsum sonitum-dederunt arma varia aere.
Teucer itaque accurrit, cupiens arma exuere:
Hector verò in accurrentem jaculatus est hastâ fulgenti:
Sed ille quidem ex adverso conspicatus evitavit aeream hastam
Paululùm; hic autem Amphimachum, Cteati filium Actorionis,

Ver. 172. — Πήδαιον] Scholiasti, Πήδασον.

Ibid. ——— πρὶν ἐλθεῖν.] Quâ ratione hîc, πρὶν, producatur; item σθένει, *ver.* 193. et ἀνὰ, *ver.* 199. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 177. Τόν ῥ'.] *Hunc, inquam: Hunc utique* ———.

Ver. 178. —— ἔπεσεν, μελίη ὣς, —— χθονὶ φύλλα πελάσσῃ.]

Concidit; ut quondam cava concidit, aut Erymantho
Aut Idâ in magnâ, radicibus eruta pinus.
Æn. V, 448.

Ver. 179. — κορυφῇ.] Κορυφῆς, codd. *Italic.* à *Th. Bentleio* collati.

Ver. 180. ——— ταμνομένη.] Ita *Barnesius* rectè ex MSS. et ex *Eustathio.* *Al.* τεμνομένη. Vide suprà ad θ', 87. Quem ad locum *Eustathius;* εἰ δὲ καὶ ἦν εἰπεῖν "ἀπέτεμνε" κοινότερον, ἀλλ' Ὅμηρος τὴν κατ' αὐτὸν Ἰάδα γλῶσσαν τιμᾷ, τὸ τέμνειν "τάμνειν" λέγουσαν.

Ver. 181 — 187. —— βράχε — Δούπησεν — ἀράβησε.] De hujus ὀνοματοποιΐας pulchritudine, vide suprà ad β', 210. et ad δ', 455.

— collapsa ruunt immania membra;
Dat tellus gemitum, et clypeum super intonat ingens. *Æn.* IX, 708.
Corruit in vulnus, sonitum super arma dedêre. *Æn.* X, 488.

Ver. 183 et 190. ——— ἀκόντισε.] De prosodiâ hujus vocis, vide suprà ad ά, 140. Cæterùm alii hîc legunt, ὠρέξατο.

Ver. 184. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο.]

— ille ictum venientem à vertice velox
Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
Æn. V, 444.

Ibid. ——— χάλκεον ἔγχος.] Vide suprà ad γ' 380.

Νισσόμενον πόλεμόνδε κατὰ στῆθος βάλε δουρί·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.
Ἕκτωρ δ' ὡρμήθη κόρυθα κροτάφοις ἀραρυῖαν
Κρατὸς ἀφαρπάξαι μεγαλήτορος Ἀμφιμάχοιο·
Αἴας δ' ὁρμηθέντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Ἕκτορος· ἀλλ' οὔπη χροὸς εἴσατο, πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ
Σμερδαλέῳ κεκάλυφθ'· ὁ δ' ἄρ' ἀσπίδος ὀμφαλὸν οὖτα,
Ὦσε δέ μιν σθένεϊ μεγάλῳ· ὁ δὲ χάσσατ' ὀπίσσω
Νεκρῶν ἀμφοτέρων· τοὺς δ' ἐξείρυσσαν Ἀχαιοί·
Ἀμφίμαχον μὲν ἄρα Στίχιος, δῖος τε Μενεσθεὺς,
Ἀρχοὶ Ἀθηναίων, κόμισαν κατὰ λαὸν Ἀχαιῶν·
Ἴμβριον αὖτ' Αἴαντε, μεμαότε θούριδος ἀλκῆς·
Ὥστε δύ' αἶγα λέοντε, κυνῶν ὑπὸ καρχαροδόντων
Ἁρπάξαντε, φέρητον ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνὰ,
Ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης μετὰ γαμφηλῆσιν ἔχοντε·
Ὥς ῥα τὸν ὑψοῦ ἔχοντε δύω Αἴαντε κορυστὰ

Venientem in pugnam ad pectus percussit hastâ:
Fragorem verò edidit cadens, et sonitum-dedère arma super ipsum.
Hector itaque accurrit, ut galeam temporibus aptam
Capite deriperet magnanimi Amphimachi:
Ajax autem in accurrentem jaculatus est hastâ splendenti
Hectorem; sed nusquam ad corpus pervenit, totus quippe aere
Horrendo tectus erat: Ille tamen scuti umbonem percussit,
Reppulitque eum vi magnâ: is autem cedebat retrò
A cadaveribus ambobus; ista autem *ad se* extraxerunt Achivi:
Amphimachum quidem Stichius, nobilisque Menestheus,
Principes Atheniensium, portaverunt ad exercitum Achivorum:
Imbrium verò Ajaces, studiosi impetuosae pugnae:
Ut duo capram leones, à canibus serratis-dentibus
Ereptam, ferunt per virgulta densa,
Altè supra terram in malis tenentes:
Sic utique hunc [*Imbrium*] altè tenentes duo Ajaces bellatores

Ver. 191.——πᾶς δ' ἄρα.] *Totus quippe: Totus nempe, ut diximus,*———.

Ver. 192.——οὖτα.] *Al.* οὖτα. Utrumque rectè. Ab οὐτάω, fit οὖτα, quod τὸ ά producit: Ab οὐτάζω, fit οὔτᾰσε; (et inde οὖτα) quod τὸ ά corripit. In aliis quibusdam verbis occultior est analogia; nec à Grammaticis, quod sciam, observata. Quemadmodum aliud scilicèt est—ώττειν, aliud—όττειν· similitérque aliud—ήττειν, aliud—ίττειν· eodem planè modo, *pronuntiationis* et *prosodiæ* ratione, aliud est πράσσειν, in quo τὸ ά productum; aliud τάσσειν, in quo τὸ ά correptum est, licèt syllaba τάσσ positione producatur. Hinc nimirùm πράσσω, in linguâ Ionicâ, migrat in πρήσσω· τάσσω, nequaquam in τήσσω. Hinc, diverso accentu, πρᾶγμα, πρᾶξις, πρᾶξαι (πρῆγμα, πρῆξις, πρῆξαι) πέπρᾱγα· at τάγμα, τάξις, τάξαι, τέτᾰγα. Neque in his ullus unquam est Licentiæ locus.

Ver. 194.——ἐξείρυσσαν.] Ita edidit *Barnesius* ex MS. *Al.* ἐξείρυσαν. Minùs rectè. Nam εἴρυσαν penultimam corripit. Vide suprà ad *ver.* 1.

Ver. 195. Ἀμφίμαχον μὲν ἄρα Στίχιος.] Non supervacaneum est istud, ἄρα. *Scilicèt Amphimachum Stichius quidem*——.

Ver. 196.——κόμισαν.] Vide suprà ad ά, 140.

Ibid.——κατὰ λαὸν.] *Al.* μετὰ λαὸν.

Ver. 197.——μεμαότε.] Ita iterùm rectè *Barnesius* ex MS. Vide suprà ad *ver.* 46. Item ad β', 818. *Al.* μεμαῶτε. Quod versum perimit.

Ver. 198.—αἶγα.] Nonnulli αἶγε. Malè.

Ver. 199.——ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνὰ.]
Hìc inter densas corylos———
Virg. Ecl. I, 14.

Ver. 201. Ὥς ῥα τὸν.] *Sic, inquam, hunc*—.

Τεύχεα συλήτην, κεφαλὴν δ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς
Κόψεν Ὀϊλιάδης, κεχολωμένος Ἀμφιμάχοιο·
Ἧκε δέ μιν σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου,
Ἕκτορι δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν ἐν κονίῃσι.
Καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη,
Υἱωνοῖο πεσόντος ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι·
Βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Ὀτρυνέων Δαναούς, Τρώεσσι δὲ κήδε' ἔτευχεν.
Ἰδομενεὺς δ' ἄρα οἱ δουρικλυτὸς ἀντεβόλησεν,
Ἐρχόμενος παρ' ἑταίρου, ὅ οἱ νέον ἐκ πολέμοιο
Ἦλθε, κατ' ἰγνύην βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ·
Τὸν μὲν ἑταῖροι ἔνεικαν, ὁ δ' ἰητροῖς ἐπιτείλας
Ἤϊεν ἐκ κλισίης· ἔτι γὰρ πολέμοιο μενοίνα
Ἀντιάαν· τὸν δὲ προσέφη κρείων Ἐνοσίχθων,
Εἰσάμενος φθογγὴν Ἀνδραίμονος υἷϊ Θόαντι,
Ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι
Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε, θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ·
Ἰδομενεῦ, Κρητῶν βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαὶ

Arma detraxerunt; caput autem molli à cervice
Amputavit Oïliades, iratus Amphimachi *causâ*;
Misitque illud instar-globi rotatum per turbam;
Hectori verò ante pedes cecidit in pulveribus.
Ac tum quidem ex animo Neptunus iratus erat,
Nepotis *gratiâ* [*Amphimachi*] caesi in gravi pugnâ:
Perrexit itaque ire praetérque tentoria et naves Achivorum,
Incitaturus Danaos, Trojanisque clades moliebatur.
Idomeneus autem illi hastâ-inclytus occurrit,
Rediens à socio, qui ei nuper è proelio
Venerat, ad poplitem vulneratus acuto aere:
Hunc quidem socii asportaverant, ille autem, medicis quum mandata-dedisset,
Redibat ex tentorio; adhuc enim pugnae cupiebat
Particeps-esse: Ipsum itaque allocutus est rex Neptunus,
(Assimilans-se voce Andraemonis filio Thoanti,
Qui per totam Pleurona et excelsam Calydona
Aetolis imperabat, deusque tanquam honorabatur à populo:)
" Idomeneu, Cretum princeps, quò tandem minae

Ver. 202.—κεφαλὴν δ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.] Tum caput ipsi aufert—. *Æn.* IX, 332.

Ver. 209. Ὀτρυνέων.] Vide suprà ad ά, 509.

Ver. 210. Ἰδομενεὺς δ' ἄρα οἱ.] *Idomeneus autem ei deinceps*———. *Idomeneus autem ei eunti*——. Connectitur videlicèt cum isto, βῆ δ' ἰέναι, *ver.* 208.

Ver. 212.—βεβλημένος.] Ita edidit *Barnesius* ex tribus MSS. Quod usitatius est. Cumque iisdem faciunt *MSS. Harleian.* et *Italic.* à *Th. Bentleio* collati. *Al.* βεβολημένος. Sed *hoc* apud *Homerum*, ut rectè annotavit *Barnesius*, semper de *Animi* affectibus et mœstitiâ; *illud*, de vulneribus *Corporis*, aut siquid simile.

Ver. 214.——ἐκ κλισίης.] Ex *Amici vulnerati* tentorio, ἐρχόμενος παρ' ἑταίρου, *ver.* 211. iturus ad *Suum* tentorium, ut arma deinceps indueret, *ver.* 240. *Barnesius*, ex uno MS. edidit hoc in loco, ἐς κλισίην ad *Suum* scilicèt *tentorium.* Quod, ad sententiam, perindè est. Cumque *Barnesio* faciunt MSS. à *Th. Bentleio* collati.

Ver. 216. Εἰσάμενος.] Vide suprà ad *ver.* 54.

Ibid.——φθογγὴν.] *Al.* φωνήν.

Ver. 219.—Ἰδομενεῦ.] *Barnesius*, ante hunc versum, alterum istum ex MS. *Cantabrigiensi*, tanquam "*penè necessarium*," inseruit:

Οἴχονται, τὰς Τρωσὶν ἀπείλεον υἷες Ἀχαιῶν;
  Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεὺς, Κρητῶν ἀγὸς, ἀντίον ηὔδα·
Ὦ Θόαν, οὔτις ἀνὴρ νῦν γ' αἴτιος, ὅσσον ἔγωγε
Γιγνώσκω· πάντες γὰρ ἐπιστάμεθα πτολεμίζειν·
Οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τις ὄκνῳ
Εἴκων, ἀνδύεται πόλεμον κακόν· ἀλλά που οὕτω
Μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι,
Νωνύμους ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.
Ἀλλὰ, Θόαν, καὶ γὰρ τοπάρος μενεδήϊος ἦσθα,
Ὀτρύνεις δὲ καὶ ἄλλον, ὅθι μεθίεντα ἴδηαι·
Τῷ νῦν μήτ' ἀπόληγε, κέλευέ τε φωτὶ ἑκάστῳ.
  Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Ἰδομενεῦ, μὴ κεῖνος ἀνὴρ ἔτι νοστήσειεν
Ἐκ Τροίης, ἀλλ' αὖθι κυνῶν μέλπηθρα γένοιτο,
Ὅς τις ἐπ' ἤματι τῷδε ἑκὼν μεθίῃσι μάχεσθαι.
Ἀλλ' ἄγε, τεύχεα δεῦρο λαβὼν ἴθι· ταῦτα δ' ἅμα χρὴ
Σπεύδειν· αἴκ' ὄφελός τι γενώμεθα, καὶ δύ' ἐόντε.

"Abierunt, quas Trojanis minabantur filii Achivorum?"
Hunc autem vicissim Idomeneus, Cretum ductor, contrà allocutus est:
"O Thoa, nullus vir nunc in culpâ, quantum equidem
"Intelligo: omnes enim scimus proeliari:
"Neque quenquam timor detinet exanimans, neque quisquam pigritiae
"Cedens, subterfugit pugnam perniciosam: sed ita
"Videtur nimirùm gratum esse praepotenti Saturnio,
"Inglorios perire procul ab Argo hîc Achivos.
"At, Thoa, quandoquidem ante bellicosus fuisti,
"Hortari-soles autem et alium, ubi remittentem videris:
"Ideò nec nunc quidem cessa *ipse*, hortareque virum quemque."
Huic autem respondit deindè Neptunus quatiens-terram:
"Idomeneu, ne iste vir ampliùs revertatur
"A Trojâ, sed hîc canibus ludibrium fiat,
"Quicunque die hoc volens remiserit pugnam.
"Sed age, armis huc sumptis veni: haec autem simul oportet
"Maturare; si cui usui esse queamus, etiam duo cùm simus.

Τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφη κρείων Ἐνοσίχθων.

Sed nihil opus. Nam, Parenthesi inclusis versibus 216, 217, 218, constat expleta omnibus suis numeris et partibus sententia.

Ibid. —— ποῦ τοι ἀπειλαὶ Οἴχονται —— ;] Scholiastes legendum contendit, ποῦ τοι ἀπειλαί; Οἴχονται. Minùs rectè. Simile enim est, ποῦ οἴχονται; ac illud Θ', 229. Πῆ ἔβαν εὐχωλαί;

Ver. 223. Γιγνώσκω.] *Al.* Γινώσκω. Quod perinde est: Nam γινώσκω primam producit.

Ibid. — ἐπιστάμεθα πτολεμίζειν.] Ita *Barnesius*, ex duobus MSS. *Al.* πολεμίζειν. Quod et ipsum ferri possit.

Ver. 224. —— τινὰ δέος.] Quâ ratione, τινὰ, hîc ultimam producat; item ὅθι, *ver.* 229. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 225. — ἀλλά που.] *Sed, ut verisimile est: Sed, quantum conjicere est,* ———.

Ver. 227. Νωνύμους.] Nullâ ex analogiâ licentiarum produci potest istud ύ. Utrúmne verò νωνύμνους, quomodò nonnulli ediderunt, an νωνύμμους, aequè ac νωνύμους, pronuntiârint Iones, non liquet.

Ver. 229. Ὀτρύνεις.] "*Orationis consecutionem poscere,*" existimat vir doctissimus *Henr. Stephanus*, "*ut ὤτρυνες legatur, praecedente ἦσθα.*" Sed nihil opus. Nam, ὀτρύνεις hâc quidem in sententiâ, cum praecedente, ἦσθα, satis aptè cohaeret; non satis aptè, ὤτρυνες, cum subsequente ἴδηαι.

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, καὶ μάλα λυγρῶν·
Νῶϊ δὲ καί κ' ἀγαθοῖσιν ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι.
"Ως εἰπὼν, ὁ μὲν αὖτις ἔϐη θεὸς ἀμπόνον ἀνδρῶν·
'Ιδομενεὺς δ' ὅτε δὴ κλισίην εὔτυκτον ἵκανε,
Δύσετο τεύχεα καλὰ περὶ χροῒ, γέντο δὲ δοῦρε·
Βῆ δ' ἴμεν ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, ἥν τε Κρονίων
Χειρὶ λαϐὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος 'Ολύμπου,
Δεικνὺς σῆμα βροτοῖσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαί·
"Ως τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.
Μηριόνης δ' ἄρα οἱ, θεράπων ἐῢς, ἀντεϐόλησεν,
'Εγγὺς ἔτι κλισίης· μετὰ γὰρ δόρυ χάλκεον ᾔει
Οἰσόμενος· τὸν δὲ προσέφη σθένος 'Ιδομενῆος·
Μηριόνη, Μόλου υἱὲ, πόδας ταχὺ, φίλταθ' ἑταίρων,
Τίπτ' ἦλθες πόλεμόν τε λιπὼν καὶ δηϊοτῆτα;
'Ηέ τι βέϐληαι, βέλεος δέ σε τείρει ἀκωκή;
'Ηέ τευ ἀγγελίης μετ' ἔμ' ἤλυθες; οὐδέ τι αὐτὸς
"Ησθαι ἐνὶ κλισίῃσι λιλαίομαι, ἀλλὰ μάχεσθαι.

" Utilis-certè-in-unum-collata virtus est virorum, etiam valdè imbellium :
" Nos autem et cum fortibus novimus pugnare."
Sic fatus, ille quidem rursùs abiit deus in pugnam virorum :
Idomeneus autem, quando jam ad tentorium benè-structum venisset,
Induit arma pulchra circa corpus, sumpsitque duo-hastilia :
Perrexitque ire fulguri similis, quod scilicèt Saturnius
Manu acceptum miserit vibratum à corusco Olympo,
Ostendens signum hominibus : praeclari utique *sunt* ejus radii :
Sic hujus aes splendebat circa pectora currentis.
Meriones autem ei, famulus bonus, occurrit,
Quum abesset propè adhuc à tentorio : nam hastam aeream ibat
Sumpturus. Hunc itaque allocuta est vis Idomenei ; [*allocutus est Idomeneus :*]
" Merione, Moli fili, pedibus celer, charissime sodalium,
" Cur venisti, proelioque relicto et pugnâ ?
" Nunquid vulneratus es, telique te affligit cuspis ?
" An alicujus-rei nuncius ad me venisti ? neque *verò* omnino ipse
" Desidere in tentoriis cupio, sed pugnare."

Ver. 238. — ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι.] Codd. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collati, ἐπιστάμεθα. Undè fortè legendum, ἐπιστάμεθα μαχέεσθαι.

Ver. 240. — κλισίην — ἵκανε.] Vide suprà ad *ver.* 214.

Ver. 241. Δύσετο.] Ita *Barnesius* ex MSS. et Editt. Vett. Rectè. Nam δύσετο, primam necessariò producit. *Al.* Δύσσετο.

Ibid. —— καλὰ.] Vide suprà ad β', 43.

Ibid. —— γέντο.] *Eustathius* ad ί, 369. φίλτατος, φίντατος· ἦλθεν, ἦνθεν· ἕλετο, ἕντο, καὶ δωρικῶς, γέντο· κέλετο, κέντο. Equidem crediderim potiùs ab inusitato quodam γένω, vel γέννω, vel γείνω deductam. Nam *Dorica* ista, quæ memorat *Eustathius*, recentiora videntur, et *Homero* (ut opinor) ignota.

Ver. 242.—— ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος.]
——— fulmina belli,
Scipiadas. ———.
Æn. VI, 842.

Ver. 246. Μηριόνης δ' ἄρα.] *Meriones autem, ut dictum est,* ———. Connectitur nimirùm cum eo quod suprà dictum est, *ver.* 167, &c.

Ibid. —— θεράπων.] Non *Servus*, sed Militum *Præfectus inferior*. Vel, *Idomenei Armiger.*

Ver. 248. Οἰσόμενος.] Vide supra ad *ver.* 168

Ver. 251. 252. —— βέϐληαι, —— ἤλυθες.] Non ex Aoristo, ἤλυθον· sed ex Perfecto, ἤλυθα. Vide suprà ad ά, 37.

Τὸν δ' αὖ Μηριόνης πεπνυμένος ἀντίον ηὖδα·
Ἰδομενεῦ, Κρητῶν βουληφόρε χαλκοχιτώνων,
Ἔρχομαι, εἴ τι τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται,
Οἰσόμενος· τό νυ γὰρ κατεάξαμεν, ὃ πρὶν ἔχεσκον,
Ἀσπίδα Δηϊφόβοιο βαλὼν ὑπερηνορέοντος.
Τὸν δ' αὖ Ἰδομενεὺς, Κρητῶν ἀγὸς, ἀντίον ηὖδα·
Δούρατά γ', αἴκ' ἐθέλησθα, καὶ ἓν καὶ εἴκοσι δήεις,
Ἑσταότ' ἐν κλισίῃ πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα,
Τρώϊα, τὰ κταμένων ἀποαίνυμαι· οὐ γὰρ ὀΐω
Ἀνδρῶν δυσμενέων ἑκὰς ἱστάμενος πολεμίζειν.
Τῷ μοι δούρατά ἐστι, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Καὶ κόρυθες, καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.
Τὸν δ' αὖ Μηριόνης πεπνυμένος ἀντίον ηὖδα·
Καί τοι ἐμοὶ παρά τε κλισίῃ καὶ νηΐ μελαίνῃ
Πόλλ' ἔναρα Τρώων· ἀλλ' οὐ σχεδόν ἐστιν ἑλέσθαι·
Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμέ φημι λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς,
Ἀλλὰ μετὰ πρώτοισι μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν
Ἵσταμαι, ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο.
Ἄλλον πού τινα μᾶλλον Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων

Hunc autem Meriones prudens vicissim allocutus est :
" Idomeneu, Cretum princeps aere-loricatorum,
" Venio, si qua tibi hasta in tentoriis relicta est,
" Sumpturus : Eam enim jam confregimus, quam priùs habebam,
" Clypeo Deïphobi percusso ferocientis."
Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, vicissim allocutus est :
" Hastas quidem, si volueris, et unam et viginti invenies,
" Stantes in tentorio ad parietes collucentes,
" Trojanas, quas à caesis abstuli. Non enim profiteor
" A viris hostibus longè stans pugnare.
" Ideò mihi hastae sunt, et scuta umbonibus-munita,
" Et galeae, et thoraces lucidùm renidentes."
Hunc autem Meriones prudens vicissim allocutus est :
" *Quin* et mihi apud tentoriumque et navem nigram
" Multa *sunt* spolia Trojanorum : sed non propè sunt, ut-sumere-possim :
" Neque enim nè me *quidem* puto oblitum esse fortitudinis ;
" Sed inter primos in pugnâ illustres-viros-reddente
" Sto, quandò certamen exortum fuerit belli.
" Alium fortè aliquem magis Achivorum aere-loricatorum

Ver. 259. —— αὖ.] *Al.* αὖτ'.
Ver. 260. —— Δούρατά γ'.] *Al.* Δούρατα δ'.
Ver. 260—262. Δούρατά———τὰ κταμένων ἀποαίνυμαι.]
Suggere tela mihi,———
——steterunt quæ in corpore Grajûm
Iliacis campis.——— *Æn.* X, 333.
Ver. 261. —κλισίῃ.] κλισίης, codd. *Italic.* à *Th. Bentleio* collati.

Ibid. —— παμφανόωντα.] Scholiasti, δούρατα παμφανόωντα. *Aliis*, ἐνώπια παμφανόωντα.
Ver. 262. —— ἀποαίνυμαι.] Vide suprà ad γ', 260.
Ver. 267. —— παρά τε κλισίῃ.—Πόλλ' ἔναρα Τρώων.]
——et spolia illa tuis pendentia tectis.
Æn. V, 393.

Λήθω μαρνάμενος, σὲ δὲ ἴδμεναι αὐτὸν ὀΐω.
Τὸν δ' αὖ Ἰδομενεὺς, Κρητῶν ἀγὸς, ἀντίον ηὔδα·
Οἶδ' ἀρετὴν οἷός ἐσσι· τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι;
Εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι
Ἐς λόχον, (ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,
Ἔνθ' ὅ,τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη·
Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμὸς,
Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει·
Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει,
Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων·
Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτε τι λίην
Ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον ἐσίζηται λόχον ἀνδρῶν,
Ἀρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ·)
Οὐδέ κεν ἔνθα τεόν γε μένος καὶ χεῖρας ὄνοιτο.
Εἴ περ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος, ἠὲ τυπείης,
Οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
Ἀλλά κεν ἢ στέρνων, ἢ νηδύος ἀντιάσειε,

"Lateo pugnans, te verò scire ipsum puto."
Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, vicissim allocutus est:
"Novi virtute qualis sis: quid te oportet haec dicere?
"Si enim nunc prope naves seligamur omnes fortissimi
"Ad insidias, (ubi maximè virtus dispicitur virorum:
"Ubi, quique timidus vir, quique fortis, facilè apparet:
"Quippe ignavi mutatur *subinde* color alius ex alio:
"Neque ei, sine-motando ut sedeat, continetur in praecordiis animus,
"Sed flexis-genibus-considit, et super ambos pedes sedet;
"Intúsque ei cor valdè in pectoribus palpitat,
"Mortem expectanti; stridorque insuper oritur dentium:
"*Viri* autem fortis, neque mutatur color, neque valdè
"Tremit, postquam primùm se-collocârit-in insidiis virorum;
"Optat autem quàm-citissimè misceri in proelio gravi:)
"Nè ibi quidem tuos animos et manus *quis* vituperârit.
"Si quando enim *seu* eminùs vulneratus fueris in-pugnâ-laborans, seu cominùs:
"Non in cervicem *tibi* à tergo inciderit telum, nec in dorsum,
"Sed vel pectoribus, vel ventri occurrerit,

Ver. 276. —— παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα——Ἐς λόχον.] In editione *Wetsteniana*, ubi Interpretatio plerumque perelegans, hæc ita redduntur:——*propè naves sedeamus in insidiis.* Pessimè.

Ver. 278. — ὅς τ' ἄλκιμος.] ὅ, τε τ' ἄλκιμος, Cod. *Ital.* à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 284. —— οὔτι τι λίην Ταρβεῖ.] Καλῶς Ὅμηρος, εἰπὼν, "Τοῦ δ' ἀγαθοῦ————, "οὔτε τι λίην Ταρβεῖ," Τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον· ὅπως ἀνδρεία, μὴ ἀπόνοια, καὶ θαῤῥαλεότης μὴ θρασύτης γίνηται. Plutarch. περὶ τῆς ἀρετῆς ἠθικῆς, sub finem.

Ver. 288. —— βλεῖο.] Codex *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, βλῆο. Quod nescio annon magis analogum.

Ver. 289. —— ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι.] *Al.* ἐπ' αὐχέν' ὄπισθε πέσῃ.

—— at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulsum aspicies.——
Æn. XI, 55.

Ver. 290. — ἀντιάσειε.] Vide suprà ad ά, 67.

Πρόσσω ἱεμένοιο, μετὰ προμάχων ὀαριστύν.
Ἀλλ' ἄγε, μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς,
Ἑσταότες, μή πού τις ὑπερφιάλως νεμεσήσῃ·
Ἀλλὰ σύ γε κλισίηνδε κιὼν ἕλευ ὄβριμον ἔγχος.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Καρπαλίμως κλισίηθεν ἀνείλετο χάλκεον ἔγχος·
Βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα, μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
Οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι,
Τῷ δὲ Φόβος, φίλος υἱὸς, ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς,
Ἕσπετο, ὅστ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν·
Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον,
Ἠὲ μετὰ Φλέγυας μεγαλήτορας· οὐδ' ἄρα τώγε
Ἔκλυον ἀμφοτέρων, ἑτέροισι δὲ κῦδος ἔδωκαν·
Τοῖοι Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεὺς, ἀγοὶ ἀνδρῶν,
Ἤϊσαν ἐς πόλεμον, κεκορυθμένοι αἴθοπι χαλκῷ.
Τὸν καὶ Μηριόνης πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπε·
Δευκαλίδη, πῆ τ' ἂρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον;

" Ulteriùs rectà-ruentis, inter primorum-pugnatorum turbam.
" Sed age, nè ampliùs haec interloquamur, fatui tanquam,
" *Hîc* stantes, ne fortè quis supramodum reprehendat:
" Verùm tu ad tentorium profectus sume validam hastam."
Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti,
Raptim è-tentorio sustulit aeream hastam;
Secutusque est Idomeneum valdè pugnae cupidus.
Qualis autem hominum-pernicies Mars ad-pugnam accedit;
Ipsumque Terror, charus filius, simul validus et impavidus,
Comitatur, qui utique terret pectoris-licèt-constantis bellatorem;
Atque hi quidem è Thraciâ in Ephyros armantur,
Vel in Phlegyas magnanimos; neque quidem iidem
Exaudierunt utrosque, alterutris autem gloriam dederunt:
Tales Merionesque, et Idomeneus, ductores virorum,
Ibant ad pugnam, armati corusco aere.
Hunc et Meriones prior verbo allocutus est:
" Deucalionide, quâ-parte fert-animus ingredi turbam?

Ver. 295. —— ἀτάλαντος.] Vide suprà ad β', 627.

Ver. 296. —— χάλκεον ἔγχος.] Vide suprà ad γ', 380.

Ver. 298. ——— Οἷος δὲ βροτολοιγὸς———, Τῷ δὲ Φόβος,———.]

Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos;——
——circumque atræ Formidinis ora
Iræque, Insidiæque, Dei comitatus, aguntur. *Æn.* XII, 331.

Ver. 300. Ἕσπετο.] *Comitari solet.* Ita optimè constat *Temporum* ratio. Vide suprà ad β', 221; et ad ά, 37.

Ver. 301. Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον, Ἠὲ μετὰ Φλέγυας] Hos nimirùm populos, ait, πολέμους μάλιστα Ἑλλήνων χαίρειν. *Pausan. lib.* IX, c. 36. Cæterùm *Pausanias* versum priorem hoc modo citat:

Τὼ μὲν ἄρ' εἰς Ἐφύρους πόλεμον μετὰ θωρήσσεσθον.

Ver. 307. ——— πῆ τ' ἄρ.] *Et quânam igitur?*——

Ἢ ἐπὶ δεξιόφιν παντὸς στρατοῦ, ἢ ἀνὰ μέσσους,
Ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν; ἐπεὶ οὔποθι ἔλπομαι οὕτω
Δεύεσθαι πολέμοιο καρηκομόωντας Ἀχαιούς.
Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεὺς, Κρητῶν ἀγὸς, ἀντίον ηὔδα·
Νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,
Αἴαντές τε δύω, Τεῦκρός θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν
Τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ·
Οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
Αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
Κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
Νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων
Ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν.
Ἀνδρὶ δέ κ' οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
Ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν,
Χαλκῷ τε ῥηκτὸς, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·

"An ad dextram totius exercitûs, an per medios,
"An ad sinistram? quoniam nusquam existimo adeò
"Indigere certamine comantes Achivos."
Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, vicissim allocutus est:
"Naves quidem ad medias qui auxilientur sunt et alii,
"Ajacesque duo, Teucerque, qui praestantissimus Achivorum
"Arte-sagittandi, strenuus etiam et in statariâ pugnâ;
"Qui illum satìs exerceant, perquam-incitatum licèt ad pugnam,
"Hectorem Priamidem; etiamsi admodùm fortis sit.
"Arduum *sanè* ei erit, valdè licèt ardenti in proelium,
"Illorum superato robore et manibus invictis,
"Naves incendere; modò non ipse Saturnius
"Injecerit ardentem torrem navibus velocibus.
"Homini autem non cesserit magnus Telamonius Ajax,
"Qui mortalisque sit, et edat Cereris fruges,
"Aereque violabilis *sit*, magnisque saxis:

Ver. 309. —— ἀριστερόφιν; ἐπεὶ.] Quâ ratione, ἀριστερόφιν, hîc ultimam producat; item τε, *ver.* 323; et Ἀχιλλῆϊ, *ver.* 324; et ὑπὸ, *ver.* 334; vide suprà ad ά, 51.

Ibid. —— ἐπεὶ οὔποθι——οὕτω Δεύεσθαι.] Ne *dubitare* videatur *Meriones*, eóne versùs iret auxiliatum, ubi se *maximè* opus esset; an eò, ubi se *nihil* opus esset; quod est videlicèt absurdum: contendit *Popius* verba, οὔποθι οὕτω δεύεσθαι, eam vim habere, ut dicantur Græci, *omni ex parte* pulsi, auxilio *undique* ex æquo indigere. At hoc non fert linguæ Grææ ratio. Dubitanti et quærenti, dextraene parti, an sinistræ, an mediæ demùm aciei opem ferret: succurrit, sinistram exercitûs partem auxilio maximè egere: Nec in hoc, quidquam absurdi.

Ver. 310. —— καρηκομόωντας.] Crinitos.
——— *Crinitus* Iopas. *Æn.* I, 744.

Ver. 312. —— ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι.]
Sunt alii, qui tecta manu defendere possunt. *Æn.* XII, 627.

Ver. 316. Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν. Αἰπύ οἱ ——.] Plerique ita distinguunt.

Ἕκτορα Πριαμίδην· καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν,
Αἰπύ οἱ———.

Sed istâ ratione, multò magis ταυτολόγον erit in eâdem sententiâ, εἰ μάλα καρτερός ἐστιν· et, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι.

Ibid. — Πριαμίδην.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 317. —μεμαῶτι.] Vide suprà ad v. 46.

Ver. 320. Ἐμβάλοι.] *Al.* ἐμβάλῃ.

Ver. 321. —Ἀνδρὶ δέ κ' οὐκ.] *Al.* Ἀνδρὶ δὲ οὐκ.

Οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν,
Ἔν γ' αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ' οὔπως ἐστὶν ἐρίζειν.
Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστέρ' ἔχε στρατοῦ, ὄφρα τάχιστα
Εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Ἦρχ' ἴμεν, ὄφρ' ἀφίκοντο κατὰ στρατὸν, ᾗ μιν ἀνώγει.
Οἳ δ' ὡς Ἰδομενῆα ἴδον, φλογὶ εἴκελον ἀλκὴν,
Αὐτὸν καὶ θεράποντα σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον, ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν·
Τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος, ἐπὶ πρυμνῇσι νέεσσιν.
Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι
Ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,
Οἵτ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὀμίχλην·
Ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ
Ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὀξέϊ χαλκῷ.
Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι

" Nè ipsi quidem Achilli hostium-agmina-perrumpenti cesserit,
" In statariâ quidem *pugnâ;* pedibus autem nequaquam potest contendere.
" Nobis itaque huc ad sinistram tende exercitûs, ut citissimè
" Videamus, an alicui gloriam praebituri simus, an quis nobis."
Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti,
Coepit ire, donec pervenissent ad exercitum, quâ eum jusserat.
Hi autem, [*hostes*] quum Idomeneum viderent, flammae similem fortitudine,
Ipsum et famulum cum armis vario-artificio-factis,
Cohortantes per turbam, in ipsum omnes irruebant;
Manibusque-utrinque-consertis, commissum-est certamen ad puppes navium.
Ut verò cùm à stridulis ventis *agitatae* ingruunt procellae,
Die illo quum plurimus pulvis *est* in viis;
Qui porrò *venti,* simul pulveris magnam stare-faciunt nebulam:
Sic utique his simul *irruentibus* inita est pugna, ardebantque animo
Invicem-se per turbam interficere acuto aere.
Horruit autem pugna mortalibus exitiosa hastis

Ver. 324. Οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ.] Notandum hic, quanto cum artificio, (ut Poema unum sit a capite ad calcem,) quicquid rerum narretur, quisquis hominum loquatur, nusquam non spectetur et inseratur *Achilles.* Vide suprà ad β', 673, 681; ad ί, 788; et ad ή, 228.

Ver. 326. Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστέρ'.] *Quoniam media acies Tantis Viris tuta est, ideò Nos ad sinistram———.*

Ver. 329. ——— ἀφίκοντο.] ἀφίκετο, cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 331. —— θεράποντα.] Vide suprà ad *ver.* 246.

Ver. 334. Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων.]
Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium; miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis; dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; ruet omnia latè:
Antevolant, sonitumque ferunt ad littora venti:
Talis in adversos ductor Rhœteïus hostes
Agmen agit; densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant.——— *Æn.* XII, 451.

Ver. 339. Ἔφριξεν δὲ μάχη——— ὄσσε δ' ἄμερδεν Αὐγὴ χαλκείη.]
— ferro ancipiti decernunt, atraque latè
Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent
Sole lacessita, et lucem sub nubila jactant.
Æn. VII, 525
——— tum latè ferreus hastis

Μακρῆς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας· ὄσσε δ' ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων,
Θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν,
Ἐρχομένων ἄμυδις· μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη,
Ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ' ἀκάχοιτο.
Τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δύω Κρόνου υἷε κραταιὼ
Ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχατον ἄλγεα λυγρά.
Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην,
Κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχὺν, οὐδ' ὅγε πάμπαν

Longis, quas tenebant acutas; oculosque perstringebat
Splendor aereus, galeis à lucentibus,
Thoracibusque recèns-tersis, scutisque fulgentibus,
Congredientium in-unum: Valdè utique audax-animo esset,
Qui tunc gavisus esset viso labore, neque animo-turbaretur.
Porrò diversis *partibus* faventes duo Saturni filii viribus-potentes,
Viris heroibus struebant dolores graves.
Quippe Jupiter quidem Trojanis et Hectori volebat victoriam,
Gloriosum-reddens Achillem pedibus velocem; neque *tamen* ille penitùs

---

Horret ager, campique armis sublimibus *ardent*. *Æn.* XI, 601.
— et *luce* coruscus *ahenâ*. *Æn.* II, 470.

Ἔνια μέντοι σαφέστερον ἐν ταῖς μεταφοραῖς λέγεται καὶ κυριώτερον, ἤπερ ἐν αὐτοῖς τοῖς κυρίοις· ὡς τὸ, "Ἔφριξεν δὲ μάχη." Οὐ γὰρ ἄν τις αὐτὸ μεταλαβὼν διὰ κυρίων, οὔτ' ἀληθέστερον εἴποι, οὔτε σαφέστερον. *Demetr. Phaler.* § 82. Τὸ δὲ, "αὐγὴ χαλκείη," τολμηρόν φασιν ἐνταῦθα εἶναι οἱ παλαιοί. Οὐ γὰρ παραβολικῶς εἶπεν, ὡς ἐν ἄλλοις, "Χαλκὸς ἐλάμπετο εἴκελος αὐγῇ πυρὸς," ἤ τι τοιοῦτον· ἀλλὰ μονονουχὶ ἐφλόγωσεν τὰ ὅπλα, ἡλίου ἤ τινα τοιαύτην λαμπηδόνα προσπλάττων αὐτοῖς. *Eustath.*

Ibid. ——— φθισίμβροτος.] Syllaba φθῖ, in vocabulis φθισίμβροτος et φθισήνωρ, non ex φθῖσις desumpta est, sed ex φθῖνω. Quæ vox, apud Homerum, etiam et in *Futuris* φθῖσειν et φθῖσεσθαι, *primam* semper producit. At φθῖσις, φθῖτὸς, et similia, sunt ex *Aoristo* ἔφθῖνον. Vide suprà ad ά, 309, 314, 338; et ad β′, 43, 833.

Ver. 341. —— ἀπὸ λαμπομενάων.] *Al.* ἀπολαμπομενάων.

Ver. 344. Ὃς———γηθήσειεν———, οὐδ' ἀκάχοιτο.] Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει ποτὲ μὲν τὸ ἴσον δύναται, ποτὲ δὲ τὸ πλέον——— "οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς." *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότητος, c. 37. Similitèr *Eustathius*, ad ά, 330. Μυριαχοῦ φίλον τοῖς ῥήτορσιν, ἀντὶ καταφάσεων, εὐειδεῖ χρᾶσθαι σχήματι τῷ κατὰ ἀπόφασιν· ὡς καὶ ὅτε εἴπῃ τὸ, "οὐ γάρ μιν ἀφαυρότατος βάλεν," ἀλλὰ δηλαδὴ ὁ ἰσχυρότατος. Imitatus est hanc loquendi rationem *Virgilius*:

Nec verò Alciden me *sum lætatus* euntem Accepisse.——— *Æn.* VI, 392.

Quàm *ignavitèr* igitur de hoc loco Scriptor Gallicus *Terrasson!* "*Quelque licence*" (inquit) "*qu' Homére se soit donné dans sa Poesie, la necessité ou du moins la commodité de sons Vers l' a jetté dans des confusions bien plus grandes*——, γηθήσειεν, οὐδ' ἀκάχοιτο. "*Qui est ce qui pense à* se rejoüir *en voyant un combat? Et est-ce d'un autre côté un objet de* Tristesse *proprement dite?*" Dissert. sur l'Iliade, Part IV. chap. 6.

Ver. 346. ——— τετεύχατον ἄλγεα λυγρά.] Quâ analogiâ vocabulum hoc ἅπαξ λεγόμενον ita deductum sit ex τεύχω, ut vim habeat vel *Imperfecti*, vel *Aoristi*, vel ejus *Temporis* quod Grammatici *plusquam perfectum* appellant, equidem non video. Certè *Perfectum* τέτευχα locum hîc habere non potest. Nec enim usquam in totâ, quàm longa est, Iliade, ullius Verbi *Tempus perfectum* διωρισμένον, constructum hoc modo reperias vel ἀορίστως, vel παρατατικῶς. Vide suprà ad ά, 37. Vim autem hoc in loco necesse esse ut habeat vel *Aoristi*, vel *Imperfecti*, vel ejus denique *Temporis* quod *plusquam perfectum* appellari solet, indicat tum orationis ordo atque ratio; tum in eâdem quæ sequuntur sententiâ, βούλετο, ἤθελε, κύδαινε, ὀρόθυνε, ἤχθετο, ἐνεμέσσα· tum et *Scholiastæ* et *Eustathii* interpretatio: Quorum alter istud τετεύχατον exponit, ἔτευχον, κατεσκεύαζον, (non τετεύχασι, κατεσκευάκασι·) Alter dictum ait πρὸς ὁμοιότητα τοῦ,——αὐτοὺς δ' ἑλώρια "τεῦχε" κύνεσσιν. Cod. *Italic.* à *Tho. Bentleio* collatus, habet τετεύχετον.

Ver. 348. Κυδαίνων Ἀχιλῆα.] Vide suprà ad *ver.* 324.

Ἤθελε λαὸν ὀλέσσαι Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρὸ,
Ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα καρτερόθυμον·
Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθὼν,
Λάθρη ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός· ἤχθετο γάρ ῥα
Τρωσὶν δαμναμένους, Διῒ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
Ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη·
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη.
Τῷ ῥα καὶ ἀμφαδίην μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινε,
Λάθρη δ' αἰὲν ἔγειρε κατὰ στρατὸν, ἀνδρὶ ἐοικώς.
Τὼ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο
Πεῖραρ ἐπαλλάξαντες, ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν,
Ἄῤῥηκτόν τ' ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἔνθα, μεσαιπόλιός περ ἐὼν, Δαναοῖσι κελεύσας
Ἰδομενεὺς, Τρώεσσιν ἐπάλμενος ἐν φόβον ὦρσε·
Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα·
Ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει·
Ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,

Volebat populum perdere Achaïcum ad Ilium;
Sed Thetin honorabat, et filium *ejus* magnanimum:
Argivorum verò Neptunus animos-excitabat interventu *suo*,
Clam emersus è cano mari; dolebat enim
A Trojanis *illos* domari, Jovique vehementèr iratus erat.
Sanè quidem utriusque unum *erat* genus, atque unus ortus;
Sed Jupiter prior natus-fuerat, et plura noverat.
Quocirca etiam *Neptunus* palàm quidem auxiliari cavebat,
Clàm verò semper concitabat *eos* per exercitum, homini assimilatus.
Hi itaque certaminis vehementis et omnibus-aequè-gravis pugnae
Funem hinc-inde-nexum super utrosque extenderunt,
Infrangibilemque, insolubilemque, qui multorum genua solvit.
Tum, semicanus licèt existens, Danaos cohortans
Idomeneus, Trojanis insiliens fugam incussit:
Interfecit enim Othryoneum, è Cabeso qui aderat:
Qui nuper belli ad famam venerat:
Petebat autem Priami filiarum formâ praestantissimam,

Ver. 349. —— ὀλέσσαι.] Ὀλέσθαι, *perire*; Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus.

Ver. 352. — ἤχθετο γάρ ῥα.] *Dolebat enim, ut dixi,* ——. Connectitur nimirùm cum eo quod suprà dictum est, *ver.* 206.

Ver. 335. ——— Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ᾔδη.] Οὐ γὰρ ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ μακάριον τὸ θεῖον, οὐδὲ βρονταῖς καὶ κεραυνοῖς ἰσχυρὸν, ἀλλὰ ἐπιστήμῃ καὶ φρονήσει. Καὶ τοῦτο κάλλιστα πάντων Ὅμηρος ὧν εἴρηκε περὶ θεῶν ἀναφθεγξάμενος, ——— "Ζεὺς πρότερος γεγό-"νει, καὶ πλείονα ᾔδει." *Plutarch. de Iside et Osiride; sub initio.* Repperit et *Barnesius*, in duobus MSS. ᾔδει.

Ver. 357. ——— ἀνδρὶ ἐοικώς.]
Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque. *Æn.* IV, 558

Ver. 358. Τὼ.] *Al.* Τοί.

Ver. 359. Πεῖραρ ἐπαλλάξαντες,—— τάνυσσαν.] *Utrumque exercitum, tanquam circumjecto fune, in arctum constringebant.* Ut rectè *Popius.*

Ver. 362. —— Τρώεσσιν ἐπάλμενος.] MS. *Barnesii* unus; *Th. Bentleii* tres; Τρώεσσι μετάλμενος.

Ver. 364. ——Ὅς ῥα νέον —— Κασσάνδρην.]
—— illis ad Trojam fortè diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat. *Æn.* II, 342.

Κασσάνδρην, ἀνάεδνον· ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
Ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.
Τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο, καὶ κατένευσε
Δωσέμεναι· ὁ δὲ μάρναθ', ὑποσχεσίῃσι πιθήσας.
Ἰδομενεὺς δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
Καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ
Χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξε·
Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο, φώνησέν τε·
Ὀθρυονεῦ, πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων,
Εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεις, ὅσσ' ὑπέστης
Δαρδανίδῃ Πριάμῳ· ὁ δ' ὑπέσχετο θυγατέρα ἥν.
Καί κέ τοι ἡμεῖς ταῦτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν·
Δοῖμεν δ' Ἀτρείδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Ἄργεος ἐξαγαγόντες, ὀπυιέμεν· εἴκε σὺν ἄμμιν
Ἰλίου ἐκπέρσῃς εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
Ἀλλ' ἕπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
Ἀμφὶ γάμῳ· ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοὶ εἰμέν.
Ὣς εἰπὼν, ποδὸς εἷλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην

Cassandram, indotatam: pollicitus nempè fuerat magnum opus,
A Trojâ *quantumvis* invitos depulsurum *se* filios Achivorum.
Illi autem senex Priamus *eam* promiserat, et annuerat
Daturum esse: ille itaque pugnabat, promissis fretus.
Idomeneus autem in illum collimabat hastâ fulgenti,
Et percussit sublimi-gradu incedentem assecutus; nec arcuit thorax
Aereus, quem gestabat; medio autem *is* in ventre fixit:
Fragorem verò edidit cadens: is autem super *eum* gloriatus est, dixitque:
" Othryoneu, te sanè supra mortales laudo omnes,
" Si utique verè omnia perficies, quae pollicitus es
" Dardanidae Priamo: is autem promisit filiam suam.
" Quin et tibi nos haec polliciti praestiterimus;
" Dederimusque Atridae filiarum formâ praestantissimam,
" Ex Argis arcessitam, quam ducas; siquidem, nobiscum
" Ilii expugnaveris benè habitatam urbem.
" Sed sequere, ut ad naves in-colloquium-veniamus pontum-transeuntes
" De nuptiis: quippe nequaquam soceri illiberales sumus."
Sic fatus, pede traxit per acre proelium

Ver. 366. — ἀνάεδνον.] Cassandram nimirùm, non muneribus, sed operâ et rebus gestis, promereri studebat. Ut notavit *Domina Dacier.*

Ibid. —— ὑπέσχετο δὲ.] Quâ ratione, δὲ hîc producatur; item Πριάμος, *ver.* 368. et θυγατέρα, *ver.* 376. vide suprà ad ά, 51. *Barnesius*, δὴ, hoc in loco scribendum voluit: Sed nihil opus.

Ver. 368. — Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο.] Edidit *Barnesius* ex conjecturâ, Πρίαμος μὲν ὑπέσχετο· vel, Πρίαμος μιν ὑπέσχετο. At idem uno in MS. repperit, et *Th. Bentleius* in pluribus, Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο. *Vulgg.* Πρίαμος ὑπέσχετο. Quod manifestò corruptum est

Ver. 373. Δούπησεν.] Vide suprà ad *ver.* 181.

Ver. 376. — θυγατέρα.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 382.—ἐεδνωταὶ.] Ità *Barnesius* et *Veteres.* Nempè ut ex ἥλιος, ἠέλιος· ita ex ἕδνον, ἔεδνον. *Vulgg.* ἑδνωταί. Sed leviculum hoc.

Ibid. ——— εἰμέν.] *Al.* ἐσμέν.

Ἥρως Ἰδομενεύς· τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ,
Πεζὸς πρόσθ' ἵππων· τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων
Αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος θεράπων· ὁ δὲ ἵετο θυμῷ
Ἰδομενῆα βαλεῖν, ὁ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ
Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν·
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς,
Ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι·
Ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς,
Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
Ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας, ἃς πάρος εἶχεν,
Οὐδ' ὅγε τόλμησεν, δηΐων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας,
Ἂψ ἵππους στρέψαι· τὸν δ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης
Δουρὶ μέσον περόνησε τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ

Heros Idomeneus. Huic autem Asius venit vindex,
Pedes, ante equos; hos autem anhelantes in humeros *ejus*
Assiduè tenebat auriga famulus: ille verò cupiebat animo
Idomeneum percutere; is autem illum prior percussit hastâ
Ad jugulum sub mento, penitúsque hastam adegit:
Cecidit igitur, sicut quando aliqua quercus cecidit, vel populus-alba,
Vel pinus alta, quam scilicèt in montibus fabri
Exciderunt securibus recèns-exacutis, navale-lignum ut-sit:
Sic ille ante equos et currum jacebat porrectus,
Dentibus-frendens, pulvere manibus-prehenso sanguinolento.
Defectus verò est ejus auriga mente, quam antè habebat;
Neque is ausus est, hostium manus *ut*-effugeret,
Retrò equos vertere: Eum itaque Antilochus bellicosus
Hastâ medium transfodit assecutus: neque arcuit thorax

Ver. 384. ——— ἦλθεν ἀμύντωρ.] *Al.* ἦλθ' ἐπαμύντωρ.

Ver. 388. Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα.]

Sternitur; hæsit enim sub gutture vulnus, et udæ
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam. *Æn.* VII, 533.

Ver. 389. ——— ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν.]

Ac veluti summis antiquam in montibus ornum
Cùm ferro accisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim; illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paullatim evicta, supremùm
Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam. *Æn.* II, 626.

Pulcherrimus sanè hic locus *Virgilianus*, eorumque ex numero est, quos (*Macrobio* judice, *lib.* 5. *c.* 11.) ita transtulit *Virgilius*, ut *Homero* superior videatur: Quippe "*magno cultu* Virgilius *difficultatem abscindendæ arboreæ molis expressit; verùm nullo negotio Homerica arbor abscinditur.*" At reverà (ut ex *Hobbesio* notavit *Popius*) inepta est omnis horum duorum locorum inter se instituta comparatio. Quippe *Homerus* et *Virgilius*, cùm res longè inter se diversas describerent; hic urbem ingentem in ignes paullatim considentem, ille hominem uno ictu occisum atque humi stratum; suam uterque materiam suo colore ac specie ornavit, suam uterque pulcherrimâ aptissimâque similitudine explicavit.

Ibid. ——— ἀχερωΐς.] *Al.* ἀχιλωΐς.

Ver. 392. — Ὣς ὁ — αἱματοέσσης.] Citato hoc loco, indicat *Dionysius Halicarnasseus*, quomodo συνθέσεως λύσις λύει καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ κράτος, quamvis quis οὔτε προσθεὶς οὐδὲν, οὔτε ἀφελὼν, τὴν σύνθεσιν ἀλλάξαι μόνον. Περὶ Συνθέσεως, § 4.

Ver. 394. ——— πλήγη.] Vide suprà ad γ', 31.

Χάλκεος, ὃν Φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξεν.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀσθμαίνων εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου·
Ἵππους δ' Ἀντίλοχος, μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς,
Ἐξέλασε Τρώων μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.
Δηΐφοβος δὲ μάλα σχεδὸν ἤλυθεν Ἰδομενῆος,
Ἀσίου ἀχνύμενος, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
Ἰδομενεύς· κρύφθη γὰρ ὑπ' ἀσπίδι πάντοσε ἴσῃ,
Τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν ῥινοῖσι βοῶν καὶ νώροπι χαλκῷ
Δινωτὴν Φορέεσκε, δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν·
Τῇ ὕπο πᾶς ἐάλη, τό δ' ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος·
Καρφαλέον δέ οἱ ἀσπὶς ἐπιθρέξαντος ἄϋσεν
Ἔγχεος· οὐδ' ἅλιόν ῥα βαρείης χειρὸς ἀφῆκεν,
Ἀλλ' ἔβαλ' Ἱππασίδην Ὑψήνορα, ποιμένα λαῶν,
Ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε.
Δηΐφοβος δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος· ἀλλά ἑ φημὶ,
Εἰς Ἄϊδός περ ἰόντα πυλάρταο, κρατεροῖο,
Γηθήσειν κατὰ θυμόν· ἐπεί ῥά οἱ ὤπασα πομπόν.

Aereus, quem gerebat; medio autem in ventre fixit.
Atque hic quidem anhelans affabrè-factâ excidit sellâ:
Equos autem Antilochus, magnanimi Nestoris filius,
Abegit à Trojanis ad benè-ocreatos Achivos.
Deïphobus verò admodùm propè venit Idomeneum,
Propter-Asium dolens, et jaculatus est hastâ fulgenti:
At ille quidem ex-adverso conspicatus evitavit aeream hastam
Idomeneus: occultatus est enim sub clypeo undique aequali,
Quem ipse coriis boum et corusco aere
Tornatum gerebat, duobus manubriis aptatum:
Sub hoc se totum collegit, supervolavitque aerea hasta:
Aridùm verò ei clypeus in-transcursu-stringente resonuit
Hastâ: neque irritam sanè robustâ manu emisit *Deïphobus*,
Sed percussit Hippasidem Hypsenorem, pastorem populorum,
Ad hepar sub praecordiis, confestimque genua solvit.
Deïphobus igitur valdè super eum gloriatus est, altè clamans:
" Non utique inultus jacet Asius: sed ipsum puto,
" Ad Orcum licèt euntem validas-portas-habentem, durum,
" Gavisurum esse animo; quoniam ei dedi comitem, *qui deducat*."

Ver. 402. —— ἤλυθεν.] Postulat Temporum ratio, ut sit ἤλυθεν ex Aoristo ἤλυθον, non ex Perfecto ἤλυθα. Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 403.—ἀχνύμενος.] Vide suprà ad γ', 260.

Ibid. —— ἀκόντισε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 404. —— ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο.]
—— ille ictum venientem a vertice velox
Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
Æn. X, 444.

Ver. 406. —— νώροπι χαλκῷ.] Vide suprà ad 3', 578.

Ver. 408. —— ἐάλη.] *Al.* ἐάλη. Quod est parvi momenti.

Ibid. —— τὸ δ' ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος.]
—— tremebunda supervolat hasta.
Æn. X, 522.

Ver. 414. —— ἄτιτος.] Ex τίω, ἄτῐτος· eâdem analogiâ, atque ex λῡω, ἄλῠτος· ex κρῑνω, ἄκρῐτος· ex φθῑνω, ἄφθῐτος· ex κλῑνω, ἄκλῐτος· ex μαρτῡρομαι, ἀμάρτῠρος· aliaque innumera. Vide suprà ad ά, 309. 314. 338. ad β', 43. et ad δ', 257.

Ὣς ἔφατ᾽· Ἀργείοισι δ᾽ ἄχος γένετ᾽ εὐξαμένοιο,
Ἀντιλόχῳ δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν·
Ἀλλ᾽ οὐδ᾽, ἀχνύμενός περ, ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου,
Ἀλλὰ θέων περίβη, καί οἱ σάκος ἀμφεκάλυψε.
Τὸν μὲν ἔπειθ᾽ ὑποδύντε δύω ἐρίηρες ἑταῖροι,
Μηκιστεὺς, Ἐχίοιο πάϊς, καὶ δῖος Ἀλάστωρ,
Νῆας ἔπι γλαφυρὰς φερέτην, βαρέα στενάχοντε.
Ἰδομενεὺς δ᾽ οὐ λῆγε μένος μέγα· ἵετο δ᾽ αἰεὶ
Ἠέ τινα Τρώων ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι,
Ἢ αὐτὸς δουπῆσαι, ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς.
Ἔνθ᾽ Αἰσυήταο διοτρεφέος φίλον υἱὸν
Ἥρω᾽ Ἀλκάθοον· (γαμβρὸς δ᾽ ἦν Ἀγχίσαο·
Πρεσβυτάτην δ᾽ ὤπυιε θυγατρῶν Ἱπποδάμειαν,
Τὴν περὶ κῆρι φίλησε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ἐν μεγάρῳ· πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο
Κάλλεϊ, καὶ ἔργοισιν, ἰδὲ φρεσί· τοὔνεκα καί μιν
Γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ·)
Τὸν τόθ᾽ ὑπ᾽ Ἰδομενῆϊ Ποσειδάων ἐδάμασσε,

Sic dixit: Argivis autem dolor datus est, eo gloriante;
Antilocho autem maximè bellicoso animum commovit;
Non tamen, dolens licèt, suum neglexit socium,
Sed accurens protexit, et ei scutum praetendit.
Hunc quidem deindè subeuntes duo chari socii,
Mecisteus, Echii filius, et nobilis Alastor,
Naves ad cavas portabant, graviter gementes.
Idomeneus autem non remittebat de animo magno; sed cupiebat assiduè
Vel aliquem Trojanorum tenebrosâ nocte tegere,
Vel ipse fragorem-edere-cadens, dum-depelleret exitium Achivis.
Tunc Aesyetae Jovis-alumni charum filium
Heroëm Alcathoum; (gener autem erat Anchisae;
Maximamque-natu duxerat filiarum Hippodamiam,
Quam ex corde dilexit pater et veneranda mater
In domo; supra totum enim aequalium-coetum eminebat
Pulchritudine, et operum peritiâ, atque prudentiâ; quare et ipsam
Duxerat vir nobilissimus in Trojâ amplâ :)
Hunc tunc sub Idomeneo Neptunus domuit,

Ver. 424. —— *οὐ λῆγε μένος.*] *Eustath.* Τὸ δὲ, "ἔληγε μένος," οἱ μεθ' Ὅμηρον, "ἔληγε "μένους," ἐροῦσιν ἄν.—Ἔστι δὲ τὸ μὲν, "ἔληγε "μένος," ἀντὶ τοῦ "ἔπαυσε·" τὸ δὲ "ἔληγε "μένους," ἀντὶ τοῦ "ἐπαύσατο." Rectissimè. Nempè λήγει μένος, is qui ipse se cohibet; λήγει μένους, is qui occisus aut vulneratus aut defatigatus deficit. Vide suprà ad γ', 141.

Ver. 426. *Ἢ αὐτὸς δουπῆσαι.*]
—— seu certæ occumbere morti.
Æn. II, 62.

Ver. 430. —— *περὶ κῆρι φίλησε.*] *Eustath.* περισσῶς ἐφίλησε. Unde vir doctissimus *H Stephanus* scribit, πέρι κῆρι φίλησε.

Ver. 432. *Κάλλεϊ, καὶ ἔργοισιν.*] *Al.* Κάλλει ἠδ' ἔργοισιν.

Ver. 433. *Γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ.*] Post hunc versum nonnulli Antiquorum, teste *Eustathio*, tres sequentes inseruerunt:

Πρὶν Ἀντηνορίδας τραφέμεν καὶ Πανθόου υἷας,
Πριαμίδας θ', οἳ Τρωσὶ μετέπρεπον ἱπποδάμοισιν.
Ἕως ἔτ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κούριον ἄνθος.

Homero non indignos, judice *Domina Dacier*: Mihi videntur commentitii, et recentiorem ætatem sapere.

Θέλξας ὄσσε φαεινὰ, πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα.
Οὔτε γὰρ ἐξοπίσω φυγέειν δύνατ', οὔτ' ἀλέασθαι·
Ἀλλ', ὥστε στήλην, ἢ δένδρεον ὑψιπέτηλον,
Ἀτρέμας ἑσταότα, στῆθος μέσον οὔτασε δουρὶ
Ἥρως Ἰδομενεὺς, ῥῆξεν δέ οἱ ἀμφὶ χιτῶνα
Χάλκεον, ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἦρκει ὄλεθρον·
Δὴ τότε γ' αὖον ἄϋσεν, ἐρεικόμενος περὶ δουρί·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, δόρυ δ' ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει,
Ἥ ῥά οἱ ἀσπαίρουσα, καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν
Ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης
Ἰδομενεὺς δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
  Δηΐφοβ', ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι

Caligine-offusâ oculis lucidis, praepedivit autem *quasi vinculo* pulchra membra.
Neque enim retrò fugere poterat, neque declinare :
Sed tanquam columnam, vel arborem alto-vertice-comantem,
Sine-motu stantem, pectus medium vulneravit hastâ
Heros Idomeneus, disciditque ei circum loricam
Aeream, quae ei antè à corpore arcebat perniciem ;
At tunc quidem aridùm-quid resonuit, fissa ab hastâ :
Fragoremque-ille-edidit cadens, hasta verò in corde fixa erat,
Quod quidem ipsi palpitans, etiam extremum-ferrum quassabat
Hastae : tum verò deinde remisit impetum *suum* valida hasta.
Idomeneus ergò valdè super *eum* gloriatus est, altè clamans :
" Deïphobe, numquid jam *tibi* videmur-rectè-judicare aequum esse,

---

Ver. 435. —— ὄσσε φαεινὰ.] Ita *Barnesius*, et Veterum nonnulli. Rectè, ut mihi quidem videtur. Nam *Eustathius*, locis à *Barnesio* citatis, agnoscit ὄσσε tam esse *Neutrum* posse, quam *Masculinum*. Vir doctissimus *H. Stephanus* scribendum omninò contendit, ὄσσε φαεινώ. Quod tamen versum planè perimit, ita ut *nullâ licentiâ* sanari queat ; nisi quis ex merâ conjecturâ, pro πέδησε, scribere velit ἔδησε. At, inquit vir doctissimus, " *quî* φαεινὰ *defendi possit, non video.*" Nec tamen causam subjicit, quare defendi non posse existimet. Certè, si ὄσσε *generis neutrius* esse potest, quod agnoscit *Eustathius* ; nihil impedit quominùs cum *Substantivo Duali* conjungatur *Plurale Adjectivum*. Non quòd ἀδιαφόρως (ut ex *Eustathio Barnesius*) τὰ Δυϊκά τε πληθυντικῶς ἐκφωνεῖται, καὶ τὰ Πληθυντικὰ δυϊκῶς· quod est *perabsurdum :* Sed quòd *certâ quâdam ac constanti ratione,* (quam suprà exposuimus, ad ά, 566. ad β′, 288. et ad ί, 487.) fieri id queat.

Ver. 438. —— οὔτασε.] Vide suprà ad ό, 525. et ad ά, 140.

Ver. 440. — ὅς οἱ.] Quâ ratione, ὅς, hîc producatur ; item ἐπαρήσσαιτο, *ver.* 456. vide suprà ad ά, 51. Cæterùm sunt qui hîc legant, ὅς ῥ' οἱ.

Ver. 442. Δούπησεν δὲ πεσών.] Vide suprà ad *ver.* 181.

Ver. 444. —— ἀφίει μένος.] Ἤγουν ἔστη τῆς προσωτέρω ὁρμῆς ὁ σίδηρος· ἢ —— ἐποίησε τὸν τετρωμένον ἀφεῖναι τὸ ψυχικὸν μένος. *Eustath.* Priorem veram esse explicandi rationem, liquet ex π′, 613 : Ubi eadem iterùm occurrunt verba, ita disposita, ut nullus sit intellectui ambiguo locus.

Ver. 446. —— ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι Τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι, ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι αὔτως ; Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ——.] *Al.* δή τοι ἐΐσκομεν. *Al.* δή τι σ' ἐΐσκομεν. Vir doctissimus *Henr. Stephanus* sine interrogatione scribendum, et hoc modo distinguendum contendit :

—— ἦ ἄρα δή τοι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι
Τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι· ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι αὔτως,
Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ——.

" *Ut hic Sensus sit : Equidem, Deïphobe, nos*
" *abundè vicem retulisse (vel injuriam ultos*
" *esse) putamus in eo quòd tres pro uno à no-*
" *bis occisi sint : quid tamen te ita jactas,*
" *vir præclare, tu quoque mecum congredere ;*
" *ut si non satis est tres occidisse pro uno, tu*

Τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι, ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι αὔτως;
Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
Ὄφρα ἴδῃς, οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω·
Ὃς πρῶτος Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον·
Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα·
Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε, πολέσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα,
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ· νῦν δ' ἐνθάδε νῆες ἔνεικαν,
Σοί τε κακὸν, καὶ πατρὶ, καὶ ἄλλοισι Τρώεσσιν.
  Ὣς φάτο· Δηΐφοβος δὲ διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἤ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο μεγαθύμων,
Ἂψ ἀναχωρήσας· ἢ πειρήσαιτο καὶ οἶος.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Βῆναι ἐπ' Αἰνείαν· τὸν δ' ὕστατον εὗρεν ὁμίλου
Ἑσταότ'· αἰεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ,
Οὕνεκ' ἄρ', ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν, οὔτι τίεσκεν·
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

" Tres pro uno occisi ut sint, quando tu gloriaris inanitèr ?
" O bone, quin et ipse adversus stato mihi,
" Ut videas, qualis Jovis soboles huc venerim ;
" Qui primus Minoa genuit, Cretae custodem :
" Minos verò genuit filium eximium Deucalionem :
" Deucalion autem me genuit, multis viris regem,
" Cretâ in latâ : nunc verò huc *me* naves advexerunt,
" Tibique perniciem, et patri, et caeteris Trojanis."
Sic dixit : Deïphobus autem bifariàm deliberavit,
Utrúmne aliquem alicubi Trojanorum *sibi* adjutorem-assumeret magnanimorum,
Regressus ; an experiretur etiam solus.
Sic autem ei cogitanti visum est utilius esse,
Ire ad Aeneam : eum verò postremum invenit agminis
Stantem : jugiter enim is Priamo succensebat nobili,
Quòd se, strenuum *licèt* existentem inter viros, nequaquam honorabat :
Propè itaque stans *Deïphobus* verbis alatis allocutus est :

" *quartus numerum expleas.*" Sententia elegans sanè et commoda. Veruntamen, præterquam quòd isto modo vox, ἀλλὰ, nimis duritèr sit transposita, (id quod ipsum virum doctum non fugit ;) mihi porrò neque istud ἄρα, neque istud τὶ, satis rectè videntur constare, nisi ἴσκομεν intelligatur interrogativè. Cæterùm, ἴσκομεν ἄξιον εἶναι, reddi potest, vel, " *num tibi videmur rectè judicare, æquum* " *esse——?*" vel, " *num tibi videmur judi-* " *care, satis esse——?*"

Ver. 447. — ἀντιπεφάσθαι.] Vide infrà ad ξ, 471.

Ibid. —— αὔτως.] οὕτως; MSS. duo à *Th. Bentleio* collati.

Ver. 450. — πρῶτος.] *Al.* πρῶτον.

Ver. 452. — δ' ἐμὲ τίκτε.] *Barnesius* edidit, δ' ἐμ' ἔτικτε. Quod perindè est.

Ibid. —— πολέσσ' ἄνδρεσσιν] Ita edidit *Barnesius :* Quemadmodum, ρ΄, 236.——ἤτε πολίεσσιν. Et *ibid.* 308. — πολίεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. Vulgg. hîc habent, πολέεσσ' ἄνδρεσσιν. Quod et ipsum ferri possit : Ut *pronuntietur* scilicèt, πολεῖσσιν.

Ver. 458. Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι.]

Hæc alternanti potior sententia visa est.
Æn. IV, 287.

—————— Omnia secum
Versanti, subitò vix hæc sententia sedit.
Æn. XI, 551.

Ver. 462. — ἱστάμενος ἔπεα.] Quâ ratione, ἱστάμενος, hîc ultimam producat ; item, τηλύγετον, *ver.* 470 ; et ἐπιστάμενοι, *ver.* 495 ; et ὤμοιιν, *ver.* 511 ; et γὰρ, *ver.* 517 ; et αἰγυπιὸς, *ver.* 531 ; vide suprà ad ά, 51.

Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, νῦν σε μάλα χρὴ
Γαμβρῷ ἀμυνέμεναι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει·
Ἀλλ' ἕπευ, Ἀλκαθόῳ ἐπαμύνομεν, ὅς σε πάρος περ
Γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψε, δόμοις ἔνι, τυτθὸν ἐόντα·
Τὸν δέ τοι Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἐξενάριξεν.
Ὣς φάτο· τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·
Βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα, μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
Ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς,
Ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθὼς,
Ὅστε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
Θήγει, ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας.
Ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς, (οὐδ' ὑπεχώρει,)
Αἰνείαν ἐπιόντα βοῇ θοόν· αὖε δ' ἑταίρους,
Ἀσκάλαφόν τ' ἐσορῶν, Ἀφαρῆά τε, Δηΐπυρόν τε,
Μηριόνην τε, καὶ Ἀντίλοχον, μήστωρας ἀϋτῆς·
Τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Δεῦτε, φίλοι, καί μ' οἴῳ ἀμύνατε· δείδια δ' αἰνῶς
Αἰνείαν ἐπιόντα πόδας ταχὺν, ὅς μοι ἔπεισιν·

" Aenea, Trojanorum princeps, nunc te omninò oportet
" Sororis-marito auxiliari, si quid te affinis-cura tangit:
" Quin sequere; Alcathoo auxilium feramus, qui te olim
" Sororis-maritus existens nutrivit, in aedibus, parvulum existentem:
" Hunc verò Idomeneus hastâ-inclytus interfecit."
Sic dixit: *Aeneae* verò animum in pectoribus commovit:
Ivit autem adversùs Idomeneum, valdè pugnae studiosus.
At non Idomeneum fuga cepit, puerulum veluti;
Sed mansit, ut quum quis aper in montibus robore fretus,
Qui expectat tumultum advenientem magnum virorum
Loco in deserto, horretque dorso supernè:
Oculi verò ei igne lucent: ac dentes
Acuit, repellere cupiens canes, atque etiam viros.
Sic manebat Idomeneus hastâ-inclytus, (neque retrocessit,)
Aeneam invadentem pugnâ celerem; inclamabat autem socios,
Ascalaphumque aspiciens, Aphareumque, Deïpyrumque,
Merionemque, et Antilochum, peritos pugnae:
Hos hic adhortans verbis alatis allocutus est:
" Adeste, amici, et mihi *jam*-soli succurrite: timeo enim valdè
" Aeneam incurrentem pedibus velocem, qui me aggreditur;

Ver. 464. Γαμβρῷ.] *Sororis marito:* Ver. 428, 429.
Ibid. — κῆδος.] *Al* κῦδος. Minùs rectè.
Ver. 468. —— ἄρα.] " *Ut par erat, ut ex-" pectandum erat.*"
Ver. 469. —— μέγα πτολέμοιο.] MSS. à *Th. Bentleio* collati, μέγα πολέμοιο. Ut et alibi saepè.

Ver. 472. Ὅστε μένει.] Qui *scilicèt* expectat——.
Ver. 474. —— ἄρα.] " *Deinceps*," vel " *ut " fieri solet.*"
Ver. 477. — βοῇ θοόν.] *Al.* βοηθοόν. Nempe *Alcathoo* auxiliatorem, *ver.* 465.
Ver. 481. — δείδια.] *Timeo*; non, *Timui.* Vide suprà ad ά, 37; et ad θ', 322.

Ὃς μάλα καρτερός ἐστι μάχῃ ἔνι φῶτας ἐναίρειν·
Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅ, τε κράτος ἐστὶ μέγιστον.
Εἰ γὰρ ὁμηλικίη γεγενοίμεθα τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ,
Αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος, ἠὲ φεροίμην.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες, ἕνα φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες,
Πλησίοι ἔστησαν, σάκε' ὤμοισι κλίναντες.
Αἰνείας δ' ἑτέρωθεν ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισι,
Δηΐφοβόν τε, Πάριν τ' ἐσορῶν, καὶ Ἀγήνορα δῖον,
Οἵ οἱ ἅμ' ἡγεμόνες Τρώων ἔσαν· αὐτὰρ ἔπειτα
Λαοὶ ἕπονθ', ὡσείτε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης· γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν·
Ὣς Αἰνείᾳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει,
Ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ.
Οἱ δ' ἀμφ' Ἀλκαθόῳ αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν
Μακροῖσι ξυστοῖσι· περὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς
Σμερδαλέον κονάβιζε, τιτυσκομένων καθ' ὅμιλον

" Qui perquam validus est in pugnâ ad viros interficiendos:
" Sed et obtinet juventae florem, quod utique robur est maximum
" Si enim eâdem-aetate essemus hoc cum animo,
" Statim vel *is* referret magnam gloriam, vel *ego* referrem."
Sic dixit: hi autem omnes, unum mentibus animum habentes,
Propinqui constiterunt, scuta humeris acclinantes.
Aeneas autem ex-alterâ-parte hortabatur suos socios,
Deïphobumque, Parinque aspiciens, et Agenorem nobilem,
Qui secum duces Trojanorum erant: ac deindè
Copiae sequebantur, ut post arietem sequuntur pecudes
Potum-ductae à pastu; laetatur autem mente pastor:
Sic Aeneae animus in pectoribus laetatus est,
Ut vidit copiarum agmen sequens seipsum.
Hi itaque de Alcathoo cominùs in-pugnam-ruerunt
Longis hastilibus: circa pectora verò aes
Horrendùm resonabat, petentium per turbam

Ver. 484. —— ὅ,τι.] Fuerunt viri docti, qui legerent, ὅτι, "*quando.*" Sed multò elegantius est, ὅ,τι, "*quod scilicèt.*"

Ver. 485. Εἰ γὰρ.] Refertur istud γὰρ, non ad id quod proximè præcessit, sed ad id quod elegantiùs reticetur: "*Nè me igitur reprehendas, ignaviæve incuses: Si ENIM—.*"

Ibid. —— γεγενοίμεθα.] *Al.* γε γενοίμεθα.

Ver. 486. — κράτος.] MS. à *Th. Bentleio* collatus, κλέος.

Ver. 488. —— κλίναντες.] Vide suprà ad ά, 309, 314.

Ver. 492. —— ἕσπετο.] *Sequi solent.* Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 493. —— γάνυται δ' ἄρα τε—ποιμήν.] "*Lætatur autem inde et Pastor.*" Vel; "*Lætatur autem, ut solet,* (vel, *ut æquum est,*) "*et Pastor.*"

Ver. 494. —— γεγήθει.] Si γέγηθε dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Simile enim fuisset, ac siquis Anglicè diceret, IS GLAD; pro eo quod est, WAS GLAD. Vide suprà ad ά, 37; et ad δ', 492.

Ver. 495. —— ἔθνος.] Cod. à *Th. Bentleio* collatus, πλῆθος.

Ibid. —— ἐπισπόμενον.] "Meliùs hîc" (inquit *Barnesius*) "legi potest ἐπισπομένων" "quomodo, *ver.* 472.————ἐπερχομένων." At ἐπισπομένων, *hoc* in loco, minùs erit elegans; ἐπερχομένων, *isto* in loco, propter duriorem verborum transpositionem, prorsùs infacetum.

Ἀλλήλων· δύο δ' ἄνδρες ἀρήϊοι, ἔξοχοι ἄλλων,
Αἰνείας τε, καὶ Ἰδομενεὺς, ἀτάλαντοι Ἄρηϊ,
Ἵεντ' ἀλλήλων ταμέειν χρόα νηλέϊ χαλκῷ.
Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος·
Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης
Ὤχετ', ἐπεί ῥ' ἅλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν.
Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Οἰνόμαον βάλε γαστέρα μέσσην·
Ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
Ἤφυσ'· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Ἰδομενεὺς δ' ἐκ μὲν νέκυος δολιχόσκιον ἔγχος
Ἐσπάσατ', οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ
Ὤμοιϊν ἀφελέσθαι· ἐπείγετο γὰρ βελέεσσιν.
Οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι,
Οὔτ' ἄρ' ἐπαΐξαι μεθ' ἑὸν βέλος, οὔτ' ἀλέασθαι·
Τῷ ῥα καὶ ἐν σταδίῃ μὲν ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ,
Τρέσσαι δ' οὐκέτι ῥίμφα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο
Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ

Se invicem: duo autem viri bellicosi, egregii prae caeteris,
Aeneasque, et Idomeneus, pares Marti,
Cupiebant alter alterius vulnerare corpus saevo aere.
Aeneas autem primus jaculatus est *in* Idomeneum:
At is quidem ex-adverso conspicatus evitavit aeream hastam:
Cuspisque Aeneae vibrans in terram
Abiit; quippe incassùm robustâ è manu exilierat.
Idomeneus autem Oenomaum percussit, ventrem *in* medium;
Rupitque thoracis cavitatem, intestina autem aes
Penetrans-hausit: ille verò in pulvere lapsus prehendit terram palmâ.
Idomeneus autem ex mortuo quidem praelongam hastam
Evulsit; at non itidem alia potuit arma pulchra
Humeris detrahere: urgebatur enim telis.
Non enim jam firmi artus pedum erant, quum-impetum-faceret;
Neque ut irruere-posset ad *repetendam* suam hastam, nec ut *alterius* evitaret:
Ideóque in statariâ-pugnâ quidem arcebat saevum diem,
Ad fugam verò *capessendam* non jam facilè *cum* pedes ferebant ex pugnâ.
In hunc igitur lento-gradu abeuntem jaculatus est hastâ fulgenti

---

Ver. 499. ——— ἔξοχοι.] MSS. *Harleian.* *Vatican.* et *Florentin.* à *Tho. Bentleio* collati, ἔξοχον.

Ver. 500. —— ἀτάλαντοι.] Vide suprà ad β', 627.

Ver. 502. Αἰνείας δὲ πρῶτος.] *Barnesius* ex MS. quodam edidit, Αἰνείας δή. At vocula ista, δὴ, locum hîc aptum non habet. Equidem, siquid hîc mutandum, legerem Αἰνείας μὲν, "*Ac Æneas quidem*——." Sed mutato nihil est opus.

Ibid. — ἀκόντισεν.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 506. —— ἄρα.] Eam hîc vim habet vocula, ἄρα, ut dicat Idomeneum "*itidem* "*jaculatum esse*," ut jam fecerat Æneas.

Ver. 508. — ἐν κονίῃσι πεσὼν.] Latinè itidem rectè dicas, *in pulvere decidens.* Non quòd, *in pulvere,* idem ipsum sit, quod est alterum illud, *in pulverem:* sed quòd, in *pulvere decidere,* sit, *humi decidere in pulvere;* quippe cùm is, qui sit *in terram dejectus,* jaceat *in pulvere* necesse sit. Vide quæ Nos hâc de re suprà ad θ', 156; et ad ά, 593. Item ad *Cæsaris Commentar. de bello Gallico, lib.* 4. § 9.

Ver. 510. — καλὰ.] Vide suprà ad β', 43.

Δηΐφοβος· δὴ γάρ οἱ ἔχεν κότον ἐμμενὲς αἰεί.
Ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτεν, ὁ δ' Ἀσκάλαφον βάλε δουρὶ,
Υἱὸν Ἐνυαλίοιο, δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος
Ἔσχεν· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Οὐδ' ἄρα πώ τι πέπυστο βριήπυος ὄβριμος Ἄρης,
Υἷος ἑοῖο πεσόντος ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ·
Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσιν
Ἧστο, Διὸς βουλῇσιν ἐελμένος, ἔνθα περ ἄλλοι
Ἀθάνατοι θεοὶ ἦσαν ἐεργόμενοι πολέμοιο.
Οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκαλάφου αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν·
Δηΐφοβος μὲν ἀπ' Ἀσκαλάφου πήληκα φαεινὴν
Ἥρπασε· Μηριόνης δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ
Δουρὶ βραχίονα τύψεν ἐπάλμενος, ἐκ δ' ἄρα χειρὸς
Αὐλῶπις τρυφάλεια χαμαὶ βόμβησε πεσοῦσα.
Μηριόνης δ' ἐξαῦτις ἐπάλμενος, αἰγυπιὸς ὥς,
Ἐξέρυσε πρυμνοῖο βραχίονος ὄβριμον ἔγχος·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο· τὸν δὲ Πολίτης,

Deïphobus: quippe ei infensus erat *odio* perpetuo semper:
Sed ille et tunc aberravit; Ascalaphum autem percussit hastâ,
Filium Martis; perque humerum rapida hasta
Penetravit: hic autem in pulvere lapsus prehendit terram palmâ.
Necdum adhuc quidquam audiverat clamosus impetuosus Mars,
Filium suum cecidisse in acri proelio;
Sed ille quidem summo in Olympo sub aureis nubibus
Sedebat, Jovis consiliis conclusus, ubi caeteri
Immortales dii erant prohibiti à pugnâ.
Hi autem de Ascalapho cominùs in-pugnam-ruebant:
Ac Deïphobus quidem ab Ascalapho cassidem lucidam
Rapuit; Meriones verò veloci par Marti
Hastâ *ei* brachium feriit insiliens, è manuque
Oblonga galea humi resonuit lapsa.
Meriones autem denuò insiliens, vultur tanquam,
Extraxit ex imo brachio validam hastam;
Retróque sociorum ad agmen cessit: *Deïphobum* autem Polites,

---

Ver. 517. —— ἐμμενὲς αἰεί.] *Al.* αἰέν. Et codex *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, ἔμμονον.

Ver. 518. — καὶ τόθ'.] Ita edidit *Barnesius*, ex MSS. et Editt. Vett. Rectéque annotat, *Deïphobum* jam antè aberrâsse ab *Idomeneo*, *ver.* 408. Vulgati habent, γὰρ τόθ'.

Ver. 520. —— ἐν κονίῃσι πεσών.] Vide suprà ad *ver.* 508.

Ver. 521. Οὐδ' ἄρα.] *Neque scilicèt* ——.

Ver. 523. —— ὑπὸ χρυσέοισι.] Pronuntiabatur χρυσοῖσι, quomodo et scribi posteà cœptum est. Nam *prima* necessariò producitur; neque in his ulla unquam est licentia. Sic apud *Virgilium*:

Aureâ composuit spondâ. — *Æn.* I, 702.
Aureâ percussum virgâ. — *Æn.* VII, 190.
Uno eôdemque igni. — *Eclog.* VIII, 80.
Unâ eâdemque viâ. —— *Æn.* X, 487.

Vide suprà ad β', 811.

Ver. 525. Ἀθανάτοι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 528. Ἥρπασε.] Vide suprà ad ά, 140. et ad hujus libri, *ver.* 192.

Ver. 529. —— ἐκ δ' ἄρα χειρὸς.] *Adeò ut è manu* ——.

Ver. 530. —— βόμβησε.] De hâc ὀνοματοποιΐα, vide suprà ad δ', 455.

Ver. 533. —— ἐχάζετο.] Vel *Meriones*, vel *Deïphobus*; pro eo ut interpungatur sententia.

Αὐτοκασίγνητος, περὶ μέσσω χεῖρε τιτήνας,
Ἐξῆγεν πολέμοιο δυσηχέος, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους
Ὠκέας, οἵ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
Ἕστασαν, ἡνίοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
Οἳ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα,
Τειρόμενον· κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔῤῥεε χειρός.
Οἱ δ' ἄλλοι μάρναντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Αἰνείας δ' Ἀφαρῆα Καλητορίδην, ἐπορούσας,
Λαιμὸν τύψ', ἐπί οἱ τετραμμένον, ὀξέϊ δουρί·
Ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε κάρη, ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἑάφθη,
Καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
Ἀντίλοχος δὲ Θόωνα, μεταστρεφθέντα δοκεύσας,
Οὔτασ' ἐπαΐξας· ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,
Ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς, αὐχέν' ἱκάνει·
Τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
Κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε φίλοις ἑτάροισι πετάσσας.

Germanus-frater, medium manibus circumplexus
Eduxit è proelio horrisono, donec pervenit ad equos
Veloces, qui ei post pugnam et proelium
Stabant, aurigamque et currum ornatu-varium habentes:
Qui illum quidem ad urbem portabant graviter gementem,
Laborantem: sanguis verò ex recèns-vulneratâ fluebat manu.
At caeteri pugnabant, clamorque immensus exortus est.
Aeneas porrò in Aphareum Caletoridem irruens,
Ad jugulum feriit, contra se versum, acutâ hastâ:
Inclinatum est autem in-alteram-partem caput, clypeusque appensus-sequebatur,
Et galea; circaque eum mors fusa est exitialis.
Antilochus autem Thoonem, terga-vertentem observans,
Vulneravit impetu-facto; venamque totam abscidit,
Quae per dorsum currens penitùs, ad cervicem pervenit;
Hanc totam abscidit: ille autem supinus in pulvere
Decidit, ambas manus dilectis sociis extendens.

Ver. 535. Ἐξῆγεν πολέμοιο.] *Al.* Ἐξῆγε πτολέμοιο.

Ver. 536. —— μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.]

—— ineant *pugnas, et prœlia* tentent.
Æn. XI, 912.

Vide autem suprà, ad ή, 279.

Ver. 537. Ἕστασαν.] Vide suprà ad μ', 55.

Ver. 539. — νεουτάτου.] Ex οὐτάζω, non ex οὐτάω. Vide suprà ad *ver.* 192. Item ad ά, 140. et ad δ', 525.

Ver. 541. Αἰνείας δ' Ἀφαρῆα.] Apud *Eustathium* legitur, inchoatâ à novo exordio sententiâ, Ἔνθ' Αἰνείας Ἀφαρῆα. *Errore*, inquit Barnesius, *non levi*. At ita habent MSS. *Harleian.* et *Vatican.* et *Florentin.* à *Th. Bentleio* collati. Nec facilè ex nihilo irrepere potuit vox Ἔνθα. Quæ proinde si vera demùm sit lectio, Αἰνείας sive Αἰνέας in vocem dissyllabam erit contracta.

Ver. 543. —— ἑάφθη.] *Al.* ἑάφθη. Vide suprà ad *ver.* 582.

Ver. 544. —— θυμοραϊστής.] Ὁ διϊστῶν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. Schol. inedita Codicis *Harleiani.*

Ver. 545.—— μεταστρεφθέντα —— Οὔτασ' ἐπαΐξας.]

—— hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum ——.
Æn. IX, 763.

De οὔτᾰσι, vide suprà ad δ', 525. et ad ά, 140.

Ver. 546.—φλέβα.] Vide suprà ad β', 267.

Ver. 548. —— ἐν κονίῃσι Κάππεσεν] Vide suprà ad *ver.* 508.

Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, καὶ αἴνυτο τεύχε' ἀπ' ὤμων,
Παπταίνων· Τρῶες δὲ περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος
Οὔταζον σάκος εὐρὺ παναίολον, οὐδὲ δύναντο
Εἴσω ἐπιγράψαι τέρενα χρόα νηλέϊ χαλκῷ
Ἀντιλόχου· πέρι γάρ ῥα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Νέστορος υἱὸν ἔρυτο, καὶ ἐν πολλοῖσι βέλεσσιν.
Οὐ μὲν γάρ ποτ' ἄνευ δηΐων ἦν, ἀλλὰ κατ' αὐτοὺς
Στρωφᾶτ'· οὐδέ οἱ ἔγχος ἔχ' ἀτρέμας, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Σειόμενον ἐλέλικτο· τιτύσκετο δὲ φρεσὶν ᾗσιν,
Ἤ τευ ἀκοντίσσαι, ἠὲ σχεδὸν ὁρμηθῆναι.
Ἀλλ' οὐ λῆθ' Ἀδάμαντα τιτυσκόμενος καθ' ὅμιλον
Ἀσιάδην, ὅς οἱ οὖτα σάκος μέσον ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἐγγύθεν ὁρμηθείς· ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων, βιότοιο μεγήρας.
Καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ μεῖν', ὥστε σκῶλος πυρίκαυστος,
Ἐν σάκει Ἀντιλόχοιο, τὸ δ' ἥμισυ κεῖτ' ἐπὶ γαίης·

Antilochus autem insiliit, et detrahebat arma ab humeris,
Circumspectans: Trojani autem circumsistentes aliundè alius
Telis feriebant scutum latum, pulchrum; neque poterant
Intrò perstringere tenerum corpus saevo aere
Antilochi: undique enim Neptunus, quatiens-terram,
Nestoris filium tuebatur; etiam inter multa tela.
Non enim unquam *Antilochus* seorsùm ab hostibus erat, sed inter ipsos
Versabatur: nec ei hasta cessavit, sed admodùm assiduè
Quassata vertebatur; parabatque mente suâ,
Aut in aliquem eminùs-jaculari, aut cominùs irruere.
Sed non latuit Adamanta *haec* animo-meditans in turbâ
Asiadem, qui ei percussit scutum medium acuto aere,
Cominùs impetu-facto: comminuit autem ejus cuspidem
Caeruleis-crinibus Neptunus, vitam *Antilochi ei eripiendam* negans.
Et *dimidium* quidem illic mansit, tanquam sudes *praeacuta* igne-praeusta,
In scuto Antilochi; dimidiumque jacebat super terrâ:

Ver. 552. —— παναίολον.] Porphyrio, *mobile; versatile; facilè huc illuc motatum.* Vide suprà ad β', 816.

Ver. 555. — ἔρυτο.] *Barnesius* scribendum existimat ἐρῦτο, ad analogiam τοῦ "Λῦτο."

Ver. 558. Σειόμενον ἐλέλικτο.] Vide suprà ad ά, 51. *Barnesius* edidit, Σειόμενόν ῥ' ἐλέλικτο. Non malè; siquo in Codice ita scriptum repperisset.

Ver. 559. —— ἀκοντίσσαι.] Ita *Barnesius* ex uno MS. Optimè. Nam ἀκοντίσαι, penultimam necessariò corripit. Vide suprà ad *ver.* 1.

Ver. 560. —— Ἀδάμαντα —— Ἀσιάδην.] *Barnesius* omninò scribendum contendit, Ἀκάμαντα —— Ἀσιάδην· quoniam suprà legitur μ', 140. Ἀσιάδην τ' Ἀκάμαντα. At non hæc satis idonea ratio. Nam et *tertius* legitur *Asiades*, ρ', 583. Φαίνοπι Ἀσιάδῃ. Præterea; hoc in loco, *cæsus* narratur *Adamas*: At *Acamas* infrà memoratur *vivus*, ξ', 476. 478. 488. et à *Merione* demùm *interfectus*, π', 342.

Ver. 561. —— οὖτα.] Vide suprà ad *ver.* 192. Item ad δ', 525.

Ibid. —— σάκος μέσον.] MS. à *Tho. Bentleio* collatus, μέσον σάκος.

Ver. 563. —— Κυανοχαῖτα.] Vide suprà ad ά, 45 et 175.

Ibid. —— μεγήρας.] *Al.* μεγήρας.

Ver. 564. —— σκῶλος.] Εἶδος σκόλοπος, ὃν ἀποξύναντες ἀγρόται πυρακτοῦσιν. —— Ἕτεροι δὲ εἶδος ἀκάνθης τὸν σκῶλόν φασιν, ἥτις πυρωθεῖσα, εὔτονος γίνεται. *Eustath.*

Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων·
Μηριόνης δ' ἀπιόντα μεταςπόμενος βάλε δουρὶ
Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ· ἔνθα μάλιστα
Γίνετ' ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν·
Ἔνθα οἱ ἔγχος ἔπηξεν· ὁ δ' ἑσπόμενος, περὶ δουρὶ
Ἤσπαιρ', ὡς ὅτε βοῦς, τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν·
Ὣς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δὴν,
Ὄφρα οἱ ἐκ χροὸς ἔγχος ἀνεσπάσατ' ἐγγύθεν ἐλθὼν
Ἥρως Μηριόνης· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.
Δηΐπυρον δ' Ἕλενος ξίφεϊ σχεδὸν ἤλασε κόρσην
Θρηϊκίῳ, μεγάλῳ, ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν·
Ἡ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα χαμαὶ πέσε· καί τις Ἀχαιῶν
Μαρναμένων μετὰ ποσσὶ κυλινδομένην ἐκόμισσε·
Τὸν δὲ κάτ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.
Ἀτρείδην δ' ἄχος εἷλε, βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον·
Βῆ δ' ἐπαπειλήσας Ἑλένῳ ἥρωϊ ἄνακτι,
Ὀξὺ δόρυ κραδάων· ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνεῖλκε.
Τὼ δ' ἄρ' ὁμαρτήτην, ὁ μὲν ἔγχεϊ ὀξυόεντι

Retrò itaque sociorum ad agmen cessit *Adamas*, mortem evitans:
Meriones autem abeuntem insecutus percussit hastâ
Pudendaque inter et umbilicum, ubi maximè
Est Martis-plaga gravis miseris mortalibus:
Illic ei hastam infixit: is autem secutus [*decidens*,] circa hastam
Palpitabat; velut quum bos, quem utique *in* montibus bubulci viri
Vinculis-contortis invitum vi ligatum ducunt;
Sic iste vulneratus palpitabat paulisper quidem, haud admodùm diu;
Donec ei ex corpore hastam evulsit propè accedens
Heros Meriones; ei verò tenebrae oculos texerunt.
Deïpyrum autem Helenus gladio cominùs percussit tempus
Thracio, magno, galeamque perruptam abscidit:
Atque haec quidem excussa, in terram decidit; et quidam Achivorum
Pugnantium inter pedes devolutam sustulit;
Ei verò oculos tenebrosa nox cooperuit.
Atridem autem dolor cepit, pugnâ strenuum Menelaum:
Prodiit ergò minitans Heleno heröi regi,
Acutam hastam vibrans: hic verò arcûs cornu adduxit.
Ambo autem simul concurrebant; alter quidem hastâ acutâ

Ver. 566. Ἂψ δ'—ἀλεείνων.] Post hunc versum, addit Cod. *Harleian.*

Πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα χαλκὸν ἐπαύρῃ.

Ex versu (ut videtur) infrà, 649.

Ver. 569. —— ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν.]

—— Mortalibus ægris. *Æn.* II, 268.

Ver. 571. Ἤσπαιρ', ὡς.] Singulatim palpitantem et anhelantem pulchrè depingit hoc in loco et cæsuræ et interpuncti dispositio.

Ver. 572. Ἰλλάσιν οὐκ.] MS. à *Th. Bentleio* collati, Ἱμᾶσ' οὐκ.

Ver. 573. —— μάλα δὴν.] Quâ ratione, μάλα, hîc ultimam producat; item ἀπὸ, *ver.* 585; et γύαλον, *ver.* 587; et ὑπὸ, *ver.* 590; et ἀντικρὺ, *ver.* 595; et χειρὸς, *ver.* 598; et εὐχόμενος, *ver.* 619. Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 581. —— βοὴν ἀγαθὸν.] Vide suprà ad β', 408.

Ver. 584. —— ὁμαρτήτην.] *Al.* ὁμαρτήδην. *Al.* ἁμαρτήδην.

Ibid. —— ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ί, 50.

Ἵετ' ἀκοντίσσαι, ὁ δ' ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ·
Πριαμίδης μὲν ἔπειτα κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ
Θώρηκος γύαλον, ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν μεγάλην κατ' ἀλωὴν
Θρώσκουσιν κύαμοι μελανόχροες, ἢ ἐρέβινθοι,
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ·
Ὣς ἀπὸ θώρηκος Μενελάου κυδαλίμοιο
Πολλὸν ἀποπλαγχθεὶς, ἑκὰς ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
Ἀτρείδης δ' ἄρα χεῖρα, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Τὴν βάλεν, ἥ ῥ' ἔχε τόξον ἐΰξοον· ἐν δ' ἄρα τόξῳ
Ἀντικρὺ διὰ χειρὸς ἐλήλατο χάλκεον ἔγχος.
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων,
Χεῖρα παρακρεμάσας· τὸ δ' ἐφέλκετο μείλινον ἔγχος·
Καὶ τὸ μὲν ἐκ χειρὸς ἔρυσεν μεγάθυμος Ἀγήνωρ,
Αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.
Πείσανδρος δ' ἰθὺς Μενελάου κυδαλίμοιο

Cupiebat jaculari; alter verò, à nervo, sagittâ:
Ac Priamides quidem deinde ad pectus percussit sagittâ
Thoracis cavam-partem, resiliit autem acerba sagitta.
Ut videlicèt cùm à lato ventilabro magnam per aream
Saliunt fabae nigrae, vel cicera,
Flatu à stridulo et ventilatoris impetu:
Sic à thorace Menelai gloriâ-sublimis
Multùm rejecta, longè volavit acerba sagitta.
Atrides autem manum, *in* proelio strenuus Menelaus,
Eam percussit, quae tenebat arcum politum; inque arcu
E-regione per manum infixa est aerea hasta.
Retrò autem sociorum in agmen cessit *Helenus*, mortem evitans,
Manu suspensâ; tractimque-unà-ferebatur fraxinea hasta;
Et hanc quidem è manu traxit magnanimus Agenor,
Ipsamque *manum* colligavit scitè-circumvolutâ ovis lanâ,
Fundâ *scilicèt*, quam ei minister tenebat pastori populorum.
Pisander autem rectà in Menelaum gloriâ-sublimem

Ver. 586. Πριαμίδης.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 588. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος.] Θαυμάζουσιν ἐν τούτοις οἱ παλαιοὶ τὸν ποιητὴν, καὶ ὡς πρᾶγμα ταπεινὸν τὸ κατὰ κυάμους καὶ ἐρεβίνθους, καὶ ἔννοιαν εὐτελῆ, ἐπιθέτοις τι ὑψώσας ἐσέμνυνεν, ἐπικαλύπτων τὸ ταπεινὸν, καὶ λέξεσι μεμεγεθυσμέναις ἐπῆρε. *Eustath.*

Ibid. —— πλατέος πτυόφιν.] Reprehendit hîc *Eustathium Barnesius*, quod πτυόφιν hoc in loco *Genitivum* esse fassus ex πτύου, id tamen idem jam anteà de vocabulo νευρῆφιν negâsset. At rectè observaverat *Eustathius*, id quod non animadvertit *Barnesius*, unam in utroque horum vocabulorum *non* esse Analogiam. Nam quâ ratione ex πτύου fit πτυόφιν, et ex χαλκοῦ χαλκόφιν, non utique eàdem ratione fit ex νευρῆς νευρῆφιν. Οὐκ ἂν ἔχοι καὶ ἀπὸ γενικῆς γενέσθαι τοῦ "νευρῆς" ἀποβολῇ τοῦ σ'. Εἴη δὲ ἂν μάλιστα ὡς ἐπίῤῥημα, —— ὡς βίῃ βίηφι, οὕτω καὶ νευρῇ νευρῆφι.

Ver. 589. Θρώσκουσιν.] *Al.* Θρώσκωσιν.

Ver. 593. —— Ἀτρείδης δ' ἄρα.] *Atrides autem invicem* ——.

Ver. 594. —— ἥ.] *Al.* ᾗ.

Ver. 597. —— μείλινον.] *Al.* χάλκεον. Nempè ex *ver.* 595.

Ver. 600. —— ἣν ἄρα.] *Quam, ut fieri solet,* ——.

Ἤϊε· τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε,
Σοὶ, Μενέλαε, δαμῆναι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
Ἀτρείδης μὲν ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος·
Πείσανδρος δὲ σάκος Μενελάου κυδαλίμοιο
Οὔτασεν, οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
Ἔσχετο γὰρ σάκος εὐρὺ, κατεκλάσθη δ' ἐνὶ καυλῷ
Ἔγχος· ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι χάρη, καὶ ἔελπετο νίκην.
Ἀτρείδης δὲ, ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον,
Ἆλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ· ὁ δ' ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν
Ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ,
Μακρῷ, ἐϋξέστῳ· ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο.
Ἤτοι ὁ μὲν κόρυθος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης
Ἄκρον ὑπαὶ λόφον αὐτόν· ὁ δὲ προσιόντα, μέτωπον,
Ῥινὸς ὕπερ πυμάτης· λάκε δ' ὀστέα, τὼ δέ οἱ ὄσσε
Πὰρ ποσὶν αἱματόεντα χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν·
Ἰδνώθη δὲ πεσών· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων
Τεύχεά τ' ἐξενάριξε, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·

Ibat: eum quippe ducebat fatum funestum, mortis ad-finem;
A te, Menelaë, ut-sterneretur in gravi pugnâ.
Hi ergò quando jam propè erant, inter se concurrentes;
Atrides quidem aberravit, ipsique aversa est hasta:
Pisander verò scutum Menelai gloriâ-sublimis
Percussit, neque penitùs potuit aes adigere:
Prohibuit enim scutum latum, fractaque est in extremâ-parte
Hasta: hic tamen mente suâ gavisus est, et sperabat victoriam.
Atrides autem, extracto ense argenteis-clavis-distincto,
Insiliit in Pisandrum; ille autem sub scuto desumpsit pulchram
Securim ex-aere-scitè-factam, oleaginum insertum-habentem manubrium,
Longum, benè politum; uno autem tempore alter alterum assecutus est.
Utique hic quidem [*Pisander*] galeae conum percussit equinis-setis-densae
Summam sub cristam ipsam: ille verò accedentem, in fronte,
Naso super extremo; crepueruntque ossa; atque ei oculi
Ad pedes sanguinolenti humi deciderunt in pulvere:
Incurvatusque est concidens; ille autem calcem in pectoribus ponens
Armaque interfecto-exuit, et glorians verbum dixit:

Ver. 602.——τὸν δ' ἄγε μοῖρα.]
Fata vocant, metasque dati pervenit ad ævi. *Æn.* X, 472.

Ver. 605.——ἐτράπετ' ἔγχος.] Non, à scuto *repulsa est*; sed *avertit sese*, aberravit. De primigenio hoc *vocis Mediæ* usu, vide suprà ad γ', 141.

Ver. 607. Οὔτασεν.] Vide suprà ad *ver.* 192. et ad ά, 140.

Ver. 611.—καλὴν.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 612. Ἀξίνην—μέτωπον—λάκε δ' ὀστέα.]
——————— ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reductâ
Disjicit, et sparso latè rigat arma cerebro, *Æn.* XII, 306.

Non unus hîc rei eventus, sed una ferè loquendi ratio.

Ver. 613.——ἐφίκοντο.] *Al.* ἀφίκοντο.

Ver. 615.——ὑπαὶ λόφον.] *Al.* ὑπὸ λόφον.

Ver. 617.——αἱματόεντα.] Ita *Barnesius* ex MSS. ex Scholiis, et ex Editt. Vett. Quibuscum faciunt MSS. *Harleian.* et *Vatican.* et *Florentin.* à *Th. Bentleio* collati. Vide suprà ad *ver.* 435. *Al.* αἱματόεντε.

Ibid.—— ἐν κονίῃσιν.] Vide suprà ad *ver.* 508.

Λείψετέ θην οὕτω γε νέας Δαναῶν ταχυπώλων,
Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀϋτῆς·
Ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς,
Ἣν ἐμὲ λωβήσασθε, κακαὶ κύνες· οὐδέ τι θυμῷ
Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν,
Ξεινίου· ὅστε πότ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.
Οἵ μευ κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ
Μὰψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ·
Νῦν αὖτ' ἐν νηυσὶν μενεαίνετε ποντοπόροισι
Πῦρ ὀλοὸν βαλέειν, κτεῖναι δ' ἥρωας Ἀχαιούς·
Ἀλλά ποθι σχήσεσθε, καὶ ἐσσύμενοί περ, Ἄρηος.
Ζεῦ πάτερ, ἦτέ σέ φασι περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων
Ἀνδρῶν, ἠδὲ θεῶν· σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται·
Οἷον δὴ ἄνδρεσσι χαρίζεαι ὑβριστῇσι
Τρωσὶν, τῶν μένος αἰὲν ἀτάσθαλον, οὐδὲ δύνανται
Φυλόπιδος κορέσασθαι ὁμοιΐου πολέμοιο.
Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,
Τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι,
Ἢ πολέμου· Τρῶες δὲ μάχης ἀκόρητοι ἔασιν.

" Relinquetis ità demùm naves Danaorum rei-equestris-peritorum,
" Trojani foedifragi, gravis insatiabiles pugnae;
" Alio quidem flagitioque et probro non carentes *estis*,
" Quo me violâstis, improbae canes: neque quidquam animo
" Jovis altitonantis gravem veriti estis iram,
" Hospitalis; qui aliquandò vobis evertet urbem altam.
" Qui meam quam-virginem-duxi uxorem et opes multas
" Nullâ-injuriâ lacessiti abduxistis, cum hospitio-accepti-fueratis ab ipsâ:
" Nunc verò in naves cupitis pontum-transeuntes
" Ignem perniciosum jacere, occidereque heroas Achivos:
" Sed aliquando coërcebimini, impetuosi licèt, à pugnâ.
" Jupiter pater, sanè te aiunt sapientiâ superare caeteros *omnes*
" Homines atque deos; à te tamen haec omnia proficiscuntur:
" Cum ita nempè viris gratificeris injuriosis
" Trojanis, quorum animus semper vi-injustâ-gaudens, neque possunt
" Pugnâ satiari omnibus-aequè-gravis belli.
" Omnium quidem *rerum* satietas est, et somni, et amoris,
" Cantûsque dulcis, et egregiae saltationis,
" Quarum *rerum* quidem quis etiam magis appetit desiderium explere,
" Quàm belli: Trojani verò pugnae insatiabiles sunt.

Ver. 620.—— θην.] *Al.* δή.

Ver. 623.—κακαὶ κύνες.] *Al.* κακοὶ κύνες· Ut *Barnesio* videtur, rectè. Sed mutato nihil opus. Dictum est enim ad *contumeliam.*

Ver. 625.——ὅστι.] *Qui videlicèt*——.

Ver. 628. Νῦν αὖτ'.] *Nunc hanc gratiam rependentes*———.

Ver. 629.——κτεῖναι δ'.] *Barnesius* ex conjecturâ, κτεῖναί θ'. Quam et *præstabiliorem* appellat *Lectionem.* Sed κτεῖναι δὲ, perindè est.

Ver. 638. Τῶν.] *Al.* Ὧν.

Ver. 639.——μάχης ἀκόρητοι.]

Ὣς εἰπὼν, τὰ μὲν ἔντε' ἀπὸ χροὸς αἱματόεντα
Συλήσας, ἑτάροισι δίδου Μενέλαος ἀμύμων·
Αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη.
Ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος βασιλῆος
Ἁρπαλίων, ὅ ῥα πατρὶ φίλῳ ἕπετο πτολεμίζων
Ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν·
Ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ
Ἐγγύθεν, οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων,
Πάντοσε παπταίνων, μήτις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ.
Μηριόνης δ' ἀπιόντος ἵει χαλκήρε' ὀϊστόν·
Καί ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κατὰ δεξιόν· αὐτὰρ ὀϊστὸς
Ἀντικρὺ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.
Ἑζόμενος δὲ κατ' αὖθι, φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων,
Θυμὸν ἀποπνείων, ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ
Κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
Τὸν μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο·
Ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἄγον προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
Ἀχνύμενοι· μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε, δάκρυα λείβων·

Sic locutus, arma quidem à corpore sanguinolenta
Detracta, sociis dedit Menelaus insignis :
Ipse verò iterùm reversus primis-pugnatoribus immistus est.
Tunc ei filius insiliit Pylaemenis regis
Harpalion, qui quidem patrem dilectum secutus erat, ut pugnaret
Ad Trojam ; sed non rediit in patriam terram :
Qui tunc quidem Atridae medium scutum feriit hastâ
Cominùs, neque penitùs potuit aes adigere :
Retrò igitur sociorum in agmen cessit, mortem evitans ;
Quoquoversùs circumspectans, nè quis *sibi* corpus aere attingeret.
Meriones autem in abeuntem misit aeratam sagittam ;
Et percussit clunem ad dextrum : at sagitta
E-regione juxta vesicam sub osse penetravit.
Subsidens igitur ibidem, charorum inter manus sociorum,
Animam efflans, tanquam vermis, super terrâ
Jacebat extensus ; sanguis autem niger effluebat, rigabatque terram.
Atque hunc quidem Paphlagones magnanimi circùm-occupabantur ;
In currum verò collocatum ducebant ad Ilium sacram
Dolentes ; interque ipsos pater ibat, lachrymas fundens :

Bellum importunum, cives, cum ——
Invictisque viris gerimus ; quos nulla fatigant
Prœlia, nec victi possunt absistere ferro.
Æn. XI, 305.

Ver. 642. Αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις.] Cod. à *Th. Bentleio* collatus, Αὐτὸς δὲ ἐξαῦτις.

Ver. 644. —— πτολεμίζων.] πτολεμίξων. *Ibid.*

Ver. 646. —— οὔτασε.] Vide suprà ad *ver.* 192. et ad ά, 140.

Ver. 649.——χαλκῷ.] MS. à *Th. Bentleio* collatus, χαλκός.

Ver. 652. Ἀντικρὺ.] Quâ ratione, ἀντικρὺ, hîc ultimam producat ; item γὰρ, *ver.* 661 et 666. et ἀπὸ, *ver.* 672. et Δ.ί. *ver.* 674. Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 658. — μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε.] *Pylæ-*

Ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς ἐγίνετο τεθνειῶτος.
Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη·
Ξεῖνος γάρ οἱ ἔην πολέσιν μετὰ Παφλαγόνεσσι.
Τοῦ ὅγε χωόμενος προΐει χαλκήρε' ὀϊστόν·
Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυΐδου μάντιος υἱὸς,
Ἀφνειός τ', ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε·
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι·
Τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν,
Νοῦσόν τε στυγερὴν, ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῷ.
Τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
Ὤχετ' ἀπὸ μελέων· στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.
Ὣς οἱ μὲν μάρναντο, δέμας πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο Διῒ φίλος, οὐδέ τι ᾔδη,
Ὅττι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ δηϊόωντο

Ultio autem nulla filii contigit mortui.
Ob hunc autem Paris valdè animo interfectum iratus est;
Hospes enim ei erat multos inter Paphlagonas.
Propter hunc *igitur* is iratus emisit aeratam sagittam:
Erat autem quidam Euchenor, Polyïdi vatis filius,
Divesque, fortisque, Corinthi domos habitans,
Qui, planè admonitus de fato *suo* exitiali, navi *tamen* vectus-venit:
Saepè enim ei dixerat senex bonus [vel *peritus*] Polyïdus,
Eum morbo gravi interiturum suis in aedibus,
Aut inter Achivorum naves à Trojanis domitum-iri:
Ideò simul gravemque mulctam [*contumeliam*] evitabat Achivorum,
Morbumque tetrum, ut ne pateretur dolores animo.
Hunc percussit *Paris* sub maxillâ et aure: protinùs autem animus
Abiit à membris, horrendaque ipsum caligo occupavit.
Sic hi quidem pugnabant, instar ignis ardentis:
Hector autem non audierat Jovi dilectus, neque quid nôrat,
Quòd sibi navium ad sinistram caedebantur

menes, hîc, *Harpalionis* pater, alius est ab illo, qui suprà occisus narratur, ί, 576. *ὁμώνυμος τούτῳ*, ut ait *Eustathius.* Non enim temerè ac fortuitò, negligentérque scripsit *Homerus*; nec heroüm nomina necesque confinxit, sed ex historiâ memoravit: vide suprà ad β', 494. Quominùs duo fuerint *Pylæmenes*, *Paphlagonum* Duces; nihil sanè impedit. Utrúmne alter *Harpalionis pater*, *avus* fuerit alter, uti conjecit *Barnesius*; incertum. Qui *Harpalionis patrem* priùs occisum existimant, legendum hoc in loco volunt, — μετὰ δ' Οὔ σφι πατὴρ κίε. Sed sine codicibus nihil mutandum. Nec tam venustè, si ita legas, cohærebit id quod sequitur, Ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς ——.

Ver. 659. —— *τεθνειῶτος.*] Vide suprà ad *ver.* 46.

Ver. 665. Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν.] Οὐχ ὅμοιος τῷ Ἀχιλλεῖ ὁ Εὐχήνωρ, εἴγε καὶ αὐτὸς, εἰδὼς ὡς θανεῖται, ἦλθεν εἰς Τροίαν· Ἐκείνῳ μὲν γὰρ μὴ ἐλθόντι, ζῆν ἦν ἐπὶ μακρόν· Εὐχήνορι δὲ, τὰ τοῦ θανάτου ἄφυκτα, κἂν οἴκοι ἔμεινεν. *Eustath.*

Ver. 670. —— *πάθοι.*] *Al.* *πάθῃ.*

Ver. 672. —— *ἄρα.*] *Porrò; proinde; exinde; ut solitum est.*

Ver. 673. —— *δέμας πυρὸς.*] Διὰ τὸ θερμὸν, καὶ σύντονον, καὶ εὐκίνητον τῶν μαχομένων. *Schol. inedita, à Tho. Bentleio communicata.*

Ver. 675. Ὅττι.] Vide suprà ad ά, 537.

Λαοὶ ὑπ' Ἀργείων· τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν
Ἔπλετο· τοῖος γὰρ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
Ὤτρυν' Ἀργείους, πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν·
Ἀλλ' ἔχεν, ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο,
Ῥηξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων·
Ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου,
Θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι· αὐτὰρ ὕπερθε
Τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον, ἔνθα μάλιστα
Ζαχρηεῖς γίνοντο μάχῃ αὐτοί τε καὶ ἵπποι·
Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
Λοκροὶ, καὶ Φθῖοι, καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοὶ,
Σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον· οὐδ' ἐδύναντο
Ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον·
Οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Ἦρχ' υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο,
Φείδας τε, Στιχίος τε, Βίας τ' ἐΰς· αὐτὰρ Ἐπειῶν
Φυλείδης τε Μέγης, Ἀμφίων τε, Δρακίος τε.
Πρὸ Φθίων δὲ, Μέδων τε, μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης,

Copiae ab Argivis: propemodùm autem etiam victoria Achivorum
Erat; talis enim Neptunus terram-quatiens
Impellebat Argivos, insuperque et robore ipse auxiliabatur:
Sed perstabat *Hector*, ubi primùm portas et murum insiluerat,
Perruptis Danaorum densis ordinibus scutatorum;
Ubi erant Ajacisque naves et Protesilai,
Littus ad maris cani subductae; ac suprà
Murus aedificatus erat humillimus, ubi maximè
Acerrimi erant *in* pugnâ ipsique *viri* et equi:
Illic autem Boeoti, et Iaones longis-vestibus-induti,
Locri, et Phthii, et illustres Epeï,
Acritèr irruentem, à-navibus arcebant; neque *tamen* poterant
Repellere à se flammae similem Hectorem nobilem:
Atque Atheniensium quidem selecti-*stabant*-primâ-in-acie; iis autem
Praeerat filius Petei, Menestheus; unáque sequebantur
Phidasque, Stichiusque, Biasque fortis: at Epeïs *praeerat*
Phylidesque Meges, Amphionque, Draciusque.
Ante Phthios autem, Medonque, bellicosusque Podarces,

Ver. 676. —— *τάχα δ' ἄν.*] Εἰ μὴ ἐμεμαθήκει. *Nisi tandem admonitus fuisset Hector*, ver. 725. infrà, *Schol. inedita*, Codicis *Harleiani*.

Ver. 678. Ὤτρυν' ——, *σθένει αὐτὸς ἄμυνεν.*] Nempe *Mare* eos cohibuit, ne fugerent; ipsaque necessitas fortitudinem inspiravit.

Ver. 682.—*εἰρυμέναι.*] Ab *εἰρύομαι.* Quæ enim sunt ex verbis in *-υμαι* desinentibus, ea omnia istud *ύ* ubique corripiunt.

Ver. 686. *Φθῖοι.*] Φθιῶται μὲν, οἱ ὑπ' Ἀχιλλεῖ· Φθῖοι δὲ, οἱ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ καὶ Φιλοκτήτῃ. *Eustath.*

Ver. 688. —— *εἴκελον.*] Vide suprà ad *ver.* 53.

Ver. 689. —— *προλελεγμένοι.*] Ἐπιλέγδην προτεταγμένοι, ὡς πρωτοστάται. *Eustath.*

Ver. 692. Φυλείδης τε Μέγης.] *Al.* Φυλείδης τε Μέγης τε. Malè. Ut rectè annotavit *Barnesius.* Erat enim *Meges Phylei* filius; *ό*, 528. 535.

Ver. 693. —— *μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης.*] *Al.* Μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης. Malè. Nam, ut rectè annotavit *Barnesius*, Homero et alibi memoratur Ποδάρκης, non item Μενεπτόλεμος.

(Ἦτοι ὁ μὲν, νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
Ἔσκε Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός· αὐτὰρ ἔναιεν
Ἐν Φυλάκῃ γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς,
Γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·
Αὐτὰρ ὁ, Ἰφίκλοιο πάϊς τοῦ Φυλακίδαο·)
Οἱ μὲν πρὸ Φθίων μεγαθύμων θωρηχθέντες,
Ναῦφιν ἀμυνόμενοι, μετὰ Βοιωτῶν ἐμάχοντο.
Αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς,
Ἵστατ' ἀπ' Αἴαντος Τελαμωνίου, οὐδ' ἠβαιόν·
Ἀλλ' ὥστ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον,
Ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον· ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
Πρυμνοῖσιν κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·
Τὼ μέν τε ζυγὸν οἶον ἐΰξοον ἀμφὶς ἐέργει
Ἱεμένω κατὰ ὦλκα, τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης·
Ὣς τὼ παρβεβαῶτε μάλ' ἕστασαν ἀλλήλοιϊν.
Ἀλλ' ἤτοι Τελαμωνιάδῃ πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι, οἵ οἱ σάκος ἐξεδέχοντο,

(Ac quidem nothus filius Oïlei divini
Erat Medon, Ajacis frater; et habitabat
In Phylace, terrâ procul à patriâ, viro interfecto,
Fratre novercæ Eriopidis, quam habebat Oïleus:
At *Podarces*, Iphicli filius Phylacidae *erat*:)
Hi quidem ante Phthios magnanimos armati,
Naves defendentes, unà-cum Boeotis pugnabant.
Ajax verò haud omninò, Oïlei velox filius,
Absistebat ab Ajace Telamonio, nè paululùm quidem;
Sed sicut in novali duo-boves nigri compactile aratrum,
Parem animum habentes, trahunt; circaque ipsorum
Ima cornua multus erumpit sudor;
Atque hos quidem jugum solum politum distinet,
Vadentes per sulcum, proscinditque fundum terrae:
Sic isti [*Ajaces*] conjuncti propè-admodùm stabant inter se.
Sed Telamonium quidem multique et strenui
Viri sequebantur socii, qui ei scutum *vicibus* excipiebant,

Ver. 702. "Ἵστατ' ἀπ'.] Ἀφίστατο.

Ver. 704. —— ἄρα.] *Ut fieri solet* ——.

Ver. 707. —— τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης.] Non de nihilo est, quòd codices, in hoc vocabulo "τέμνει," mendosos esse suspicetur *Barnesius*. Non quòd "*Jugum sulcos non* "*findere soleat*;" Nam et *Aratorem*, et *Boves*, et *Jugum* utique, trahendo aratrum, terram *secare* dixeris, non ineptè: Sed quòd vox τέμνει, et quæ ejusmodi sunt, in Poemate *epico*, (ubi oratio grandis plerumque et sublimis esse debet, atque à sermone vulgari quàm maximè distare,) *rarissimè* corripiantur: quódque *Eustathius*, (qui, ad θ', 87. *Homerum* non τέμνειν, sed τάμνειν, semper scripsisse docet,) hoc in loco, licèt totam Similitudinem minutatim et per verba singula expendat, de hoc tamen vocabulo nè γρὺ quidem. Non tamen ideò sequendus *Barnesius*, qui nullis allatis Codicibus, nec ullâ satis idoneâ ratione, de suo edidit, τάμεν δέ τε τέλσον ἀρούρης. Nec audiendus Scholiastes, qui istud "τέμνει" inficetè admodùm exponit, τέμνεται. Codex *Harleianus*, à *Tho. Bentleio* collatus, habet τεμεῖ· et *Scholia* ibidem inedita, τὸ ἄροτρον τὴν ἐπιφάνειαν.

Ibid. ——— ἀρούρης.] Vide suprà ad ζ', 142.

Ver. 708. ——— παρβεβαῶτε.] Vide suprà ad *ver.* 46.

Ibid. —— ἕστασαν.] Vide suprà ad μ', 55. Cod. à *Tho. Bentleio* collatus, habet πὰρ βεβαῶτε παρίστασαν ἀλλήλοισι.

Ver. 710. —— ἕταροι.] *Al.* ἑτάρων.

Ὁππότε μιν κάματός τε καὶ ἱδρὼς γούναθ' ἵκοιτο·
Οὐδ' ἄρ' Ὀϊλιάδῃ μεγαλήτορι Λοκροὶ ἕποντο·
Οὐ γάρ σφιν σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ·
Οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,
Οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα·
Ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες· οἷσιν ἔπειτα
Ταρφέα βάλλοντες Τρώων ῥήγνυντο φάλαγγας.
Δή ῥα τόθ' οἱ μὲν πρόσθε, σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
Μάρναντο Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ·
Οἱ δ' ὄπιθεν βάλλοντες, ἐλάνθανον· οὐδέ τι χάρμης
Τρῶες μιμνήσκοντο· συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.
Ἔνθα κε λευγαλέως νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
Εἰ μὴ Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς·
Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι.
Οὕνεκά τοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις περιίδμεναι ἄλλων;

Quando ipsi defatigatioque et sudor genua occupâsset:
At non Oïliadem magnanimum Locri sequebantur:
Non enim ipsis *in* statariâ pugnâ constabat suus animus;
Non enim habebant galeas aereas equinis-setis-densas,
Neque habebant clypeos pulchrè-orbiculatos, et fraxineas hastas;
Sed arcubus et scitè-tortâ ovis lanâ,
Ad Ilium simul secuti sunt, freti; quibus deinceps
Crebrò jacientes Trojanorum rumpebant phalangas.
At tunc illi [*Ajaces*] quidem antè, cum armis vario-artificio factis,
Pugnabant contra Trojanosque et Hectorem aere-armatum:
Hi autem [*Locri*] à tergo jacientes latebant; neque omninò pugnae
Trojani *ampliùs* recordabantur; conturbabant enim *eos* sagittae.
Tum sanè magnâ-clade-acceptâ, à navibus et tentoriis
Trojani recessissent ad Ilium ventosam;
Nisi Polydamas audacem Hectorem allocutus esset adstans:
" Hector, à te impetrare-nescis, ut *aliorum* monitis obsequaris.
" Quoniam tibi excellentèr dedit Deus bellica opera,
" Ideò et consilio vis peritus esse suprà caeteros?

Ver. 713. Οὐ γάρ σφιν σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ.] Apud *Strabonem* lib. x. p. 689. *Al.* 449. Οὐ γάρ σφιν σταδίης ὑσμίνης ἔργα μέμηλεν. Cod. *Harleian.* Οὐδ' ἄρ' σφιν ——.

Ver. 716. Ἀλλ' ἄρα.] *Sed, quod inermium erat, et statariæ pugnæ imperitorum,* ——.

Ibid. ——— ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ.] *Fundâ.* Ut suprà *ver.* 599. ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, Σφενδόνῃ.

Ver. 717. ——— οἷσιν ἔπειτα.] *Al.* οἷσι μάλιστα.

Ver. 719. Δή ῥα τόθ' οἱ μὲν.] *Ac tunc quidem, juxta istam consuetudinem,* ———.

Ver. 721. —— οὐδέ τι.] *Al.* οὐδ' ἔτι.

Ver. 722. — συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.] Scholiasti, συνεκλονέοντο, συνεταράσσοντο. Ut adeò legisse videatur, συνεκλονέοντο γ' ὀϊστοῖς.

Ver. 728. —— περιίδμεναι.] Vel, περὶ ἴδμεναι. *Al.* περιέμμεναι. Quam Lectionem et præfert *Henric. Stephanus*, propter id quod suprà legitur, ά, 258. Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι·
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα·
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλὸν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι,
Καί τε πόλεις ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.
Αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα.
Πάντῃ γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε·
Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ κατὰ τεῖχος ἔβησαν,
Οἱ μὲν ἀφεστᾶσιν σὺν τεύχεσιν, οἱ δὲ μάχονται
Παυρότεροι πλεόνεσσι, κεδασθέντες κατὰ νῆας.
Ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους·
Ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν·
Ἤ κεν ἐνὶ νήεσσι πολυκλήϊσι πέσωμεν,

" At nequaquam simul omnia poteris ipse-solus consequi :
" Alii enim tribuit Deus bellica opera;
" Alii autem artem-saltandi, alii citharam et cantum;
" Alii verò in pectoribus posuit mentem latè-sonans Jupiter
" Prudentem ; cujus quidem multi fructum-percipiunt homines;
" Quin et urbes servat; praecipuè autem ipse, *qui habet, ejus utilitatem* novit.
" Sed ego dicam, ut mihi videtur esse optimum.
" Undique enim te circum corona belli flagrat;
" Trojani autem magnanimi, postquam trans murum iverunt,
" Alii quidem subducunt-se cum armis, alii verò proeliantur
" Pauciores contra-plures, dissipati circa naves.
" Quin *tu* retrocedens voca huc omnes proceres:
" Deinde verò de summâ-rerum inire-poterimus consilium;
" Utrúmne in naves multa-transtra-habentes irruamus,

Ver. 729. —— οὔπως ἅμα πάντα——. Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεός.]

—— οὐ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα διδῶσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γὰρ——————
———— ἀσφαλέως ἀγορεύει.——
Ἄλλος δ' αὖ εἶδος——. *Odyss.* θ', 167.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὡυτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
Πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
Σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ βουλεύειν καλῶς.
Euripid. Rhes. 106.

—— non omnia possumus omnes.
Virg. Ecl. VIII, 63.

Ver. 731. Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.] Apud Lucianum περὶ ὀρχήσεως, c. 23.

Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Cæterùm nonnulli totum hunc versiculum *suppositum* existimant. Δῆλον δὲ, ὡς ἀχρειοῖ τὸ ἔπος τοῦτο τὴν Ὁμηρικὴν ἔννοιαν· ἧς ὁ σκοπὸς εἷς καὶ μόνος, Ἀνδρίαν συγκρῖναι Φρονήσει. *Eustath.*

Ver. 732. —— τίθει.] *Al.* τιθεῖ.

Ibid. —— εὐρύοπα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 734. —— πόλεις.] *Al.* πολεῖς, *multos.*

Ibid. —— μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.] Domina *Dacier* vocem αὐτὸς ad ipsum *Jovem* refert. Rectiùs, ut opinor, *Eustathius :* Τῆς μὲν (Ἀνδρίας,) τὸ σεμνὸν ἐχούσης ἄλλως ἐν τῷ σώζειν ἑτέρους,—— τῆς δὲ Νοήσεως, κἂν μή τινας ἔχῃ σώζειν, ὅμως οὕτως αὐτάρκως ἐχούσης, διὰ τὸ αὐτῆς γνωστικόν.

Ver. 735. —— ἄριστα.] *Al.* ἄριστον.

Ver. 736. —— δέδηε.] *Flagrat ;* non, *flagrabat.* Nam *præteritum* istud (quod appellant Grammatici) *perfectum*, semper indicat *præsens Tempus* rei perfectæ: Ideóque à Græcis aptè appellatur παρακείμενος· quia *Tempori* isti, quo aliquid rerum *fiat, adjacet* nimirùm *Tempus* quo id *factum* demùm *sit.* Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 737. ——— Τρῶες δέ.] *Al.* Τρῶες δή. Sed nihil opus. Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 741. ——— Ἔνθεν δ' ἄν.] Ἔνθεν δ' αὖ, MS. à *Th. Bentleio* collatus.

Αἴ κ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος, ἤ κεν ἔπειτα
Πὰρ νηῶν ἔλθοιμεν ἀπήμονες· ἦ γὰρ ἔγωγε
Δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ
Χρεῖος, ἐπεὶ παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἆτος πολέμοιο
Μίμνει, ὃν οὐκέτι πάγχυ μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.
Ὣς φάτο Πουλυδάμας· ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων·
Αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,
Καί μιν φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πουλυδάμα, σὺ μὲν αὐτοῦ ἐρύκακε πάντας ἀρίστους·
Αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι, καὶ ἀντιόω πολέμοιο·
Αἶψα δ' ἐλεύσομαι αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω.

" Si quidem velit Deus largiri victoriam; an verò jam deinceps
" A navibus abeamus illaesi: Certè enim equidem
" Timeo, ne hesternum rependant Achivi
" Debitum; quoniam apud naves vir insatiabilis pugnae
" Manet, quem non ampliùs omninò à pugnâ cessaturum puto."
Sic dixit Polydamas: Placuit autem Hectori consilium tutum:
Continuò igitur è curribus cum armis desiliit in terram,
Et eum editâ-voce verbis velocibus allocutus est:
" Polydama, tu quidem hîc retine omnes fortissimos:
" At ego illuc ibo, et occurram proelio:
" Protinùs autem revertar, postquam diligentèr illis mandata-dedero."

Ver. 745. — μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ Χρεῖος.] Vulgati habent ἀποτίσωνται. Sed *Barnesius* ex *Eustathio* edidit, ἀποστήσωνται· ejusque rei rationem itá reddit. " *Editiones Basileensis et Romana Eustathii*, τὸ " ἀποστήσωνται *apertè præferunt, in Textu* " *paritèr et in* παρεκβολαῖς. *Eustathius*, " fol. 937, lin. 16; et fol. 938, lin. 48; " Τὸ δὲ, ἀποστήσωνται τὸ χθιζὸν χρέος, τινὲς " μὲν γράφουσιν ἀποτίσωνται· οὐκ ἀρέσκονται " δὲ οἱ σοφοὶ, ἀλλὰ θέλουσιν εἶναι ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ ἀποσταθμήσωσιν, ἤγουν σταθμῷ " ἀποδώσουσιν ἢ λήψονται. *Eandem lectionem* " τοῦ ἀποστήσωνται *repetit*, fol. 950. lin. 18. " *Ita Iliad.* χ', 350. Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες ἄποινα. *Ita* ώ, 232. Χρυσοῦ δὲ στήσας " ἔφερεν δέκα πάντα τάλαντα. *Ubi Eustathius*, " fol. 1479, lin. 29. Τὸ δὲ στήσας, ἀντὶ τοῦ " σταθμήσας, ὡς πρὸς ἀκρίβειαν, ἵνα μὴ " ψεύσηται τὸν σταθμὸν τυχὸν ἐρωτηθείς. Ἐκ " τούτου δὲ, καὶ πρὸ τούτων, τὸ, χθιζὸν ἀποστήσωνται χρέος, ὡς προηρμήνευται. Καὶ, μεταστῆσαι, ἐν Ὀδυσσείᾳ, τὸ μεταλλάξαι εἴρηται μεταφορικῶς, Odyss. δ', 612. *Hesychius*, Ἀποστήσωνται, ἀποκομίσωνται· σταθμῷ γὰρ ἀπεδίδοσαν. —— *Harpocration*, Ἀποστησάμενον, ἀντὶ τοῦ, πρὸς σταθμὸν παραλαβόντα· Δημοσθένης. *Idem ferè Brev.* " *Scholia*, [ὥσπερ σταθμῷ δεδανεικότες.] *Et* " *Etymolog. magn.* voce Στατήρ· ——— τὸ " γὰρ ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ, ἀπολάβωσιν." His adde *Porphyrium*. Ζητήμ. Ὁμηρικ. 25. Κέχρηται τῇ ἀπὸ τῶν σταθμῶν διαμετρήσει, καὶ ἐπὶ τοῦ, " Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποτίσωνται " [ita *Editi*, sed necesse est scripserit *Porphyrius* ἀποστήσωνται] Ἀχαιοὶ χρεῖος—."— ὡς ἐν ζυγῷ ἴσον στήσαντες, καὶ ἀπομετρούμενοι ὄφλημα,—στήσαντες τὸ χρέος. Porrò, *medio in vocabulo* ἀποτίσωνται, non rectè producitur istud ό. Denique, licèt eandem in sententiâ vim habeat horum vocabulorum utrumque; tamen facilius creditu est, verbum usitatius ἀποτίσωνται, ex inusitatiori ἀποστήσωνται ortum esse, quàm è contrario ex usitatiori inusitatius. Veruntamen judicet Lector eruditus

Ver. 746. ——— παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἆτος.] Vide suprà ad *ver.* 324.

Ver. 748. ——— ἅδε.] *Al.* ἇδε. Sed hoc, leviculum.

Ver. 749. —— ἐξ ὀχέων.] Sunt qui Poetam hîc reprehendant, tanquam oblitum mandatorum quæ suprà memoraverat, μ', 81—85. Sed facilè intelligi potest, *Hectoris* currum, post effractas fores, exuperatumque murum atque vallum, cum interjecto aliquo intervallo ita secutum ut tamen plerumque staret ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο, ξ', 430. Reliqui certè currus extra murum atque vallum usque permanebant, (ό, 3.) Ut rectè annotavit *Popius*.

Ibid. — ἆλτο χαμᾶζε.] Vide suprà ad γ', 29.

Ἦ ῥα, καὶ ὡρμήθη, ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικὼς,
Κεκληγὼς, διὰ δὲ Τρώων πέτετ' ἠδ' ἐπικούρων.
Οἱ δ' ἐς Πανθοΐδην ἀγαπήνορα Πουλυδάμαντα
Πάντες ἐπεσσεύοντ', ἐπεὶ Ἕκτορος ἔκλυον αὐδήν.
Αὐτὰρ ὁ Δηΐφοβόν τε, βίην θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδην τ' Ἀδάμαντα, καὶ Ἄσιον Ὑρτάκου υἱὸν,
Φοίτα ἀνὰ προμάχους διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι·
Τοὺς δ' εὗρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας οὐδ' ἀνολέθρους·
Ἀλλ' οἱ μὲν δὴ, νηυσὶν ἐπὶ πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν,
Χερσὶν ὑπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες·
Οἱ δ' ἐν τείχει ἔσαν βεβλημένοι, οὐτάμενοί τε.
Τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυοέσσης
Δῖον Ἀλέξανδρον, Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο,
Θαρσύνονθ' ἑτάρους, καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι·
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη αἰσχροῖς ἐπέεσσι·
Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτὰ,
Ποῦ τοι Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,

Dixit, et impetu-facto-abiit, monti nivoso similis,
Inclamans, perque Trojanos volabat et *per* socios.
Hi autem ad Panthoïdem fortitudinis-amantem Polydamanta
Omnes ocyùs-accurrebant, simulac Hectoris audierunt vocem.
At *Hector* Deïphobumque, vimque Heleni regis,
Asiademque Adamanta, et Asium Hyrtaci filium,
Itabat per primos-pugnatores quaerens, sicubi invenire-posset.
Hos autem invenit non jam prorsùs illaesos neque inextinctos:
Sed hi quidem jam, navium ad puppes Achivorum,
Sub manibus Argivorum jacebant animabus deperditis:
Alii autem in muro erant eminùs cominúsque vulnerati.
Verùm statim invenit pugnae ad sinistram lachrymosae
Nobilem Alexandrum, Helenae maritum pulchrae-comas,
Animos-addentem sociis, et incitantem ad pugnam:
Propè autem stans *eum* allocutus est probrosis verbis:
" Infauste-Pari, formâ praestantissime, mulierose, deceptor,
" Ubi tibi Deïphobusque, visque Heleni regis,

Ver. 754. ——— ὄρεϊ νιφόεντι.]
——— Tanaimque nivalem.
Virg. Georg. IV, 517.

Similitudo hîc desumpta, partim ex corporis proceritate et robore, partim ex galeæ splendore, et albitudine cristæ. Cæterùm, quâ ratione ὄρεϊ hîc ultimam producat; item Ἀλέξανδρον, *ver.* 766; vide suprà ad ά, 51. Denique, quâ analogiâ vox νιφόεντι, quæ primam corripit, deducta sit ex νίφειν, quæ primam *producit;* vide suprà ad ά, 338; et ad μ', 280.

Ver. 757. —— αὐδήν.] *Al.* αὐδῆς.

Ver. 758. (et infrà, *ver.* 770,) βίην θ' Ἑλένοιο.] Simili planè loquendi ratione, ac in linguis recentioribus, *regia majestas* ipse scilicèt *Rex* est, et *divinitas* ipse *Deus.*

Ver. 759. —— Ἀδάμαντα.] Vide suprà ad *ver.* 560.

Ver. 761. — οὐδ' ἀνολέθρους.] Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει ποτὲ μὲν τὸ ἴσον δύναται, ποτὲ δὲ τὸ πλέον. *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότητος, c. 37. Vide suprà ad ά, 330.

Ver. 766. — Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο.] Vide suprà ad ή, 355.

Ver. 767. Θαρσύνονθ'.] Vide infrà ad *ver.* 823.

Ver. 769. Δύσπαρι.] Vide suprà ad γ', 39.

Ἀσιάδης τ᾽ Ἀδάμας, ἠδ᾽ Ἄσιος Ὑρτάκου υἱός;
Ποῦ δέ τοι Ὀθρυονεύς; νῦν ὤλετο πᾶσα κατ᾽ ἄκρης
Ἴλιος αἰπεινή· νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.
Τὸν δ᾽ αὖτε προσέειπεν Ἀλέξανδρος θεοειδής·
Ἕκτορ, ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι,
Ἄλλοτε δήποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πτολέμοιο
Μέλλω, ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ·
Ἐξ οὗ γὰρ παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων,
Ἐκ τοῦδ᾽ ἐνθάδ᾽ ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσι
Νωλεμέως· ἕταροι δὲ κατέκταθεν, οὓς σὺ μεταλλᾷς.
Οἴω Δηΐφοβός τε, βίη θ᾽ Ἑλένοιο ἄνακτος
Οἴχεσθον, μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν
Ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα· φόνον δ᾽ ἤμυνε Κρονίων.
Νῦν δ᾽ ἄρχ᾽, ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει·

" Asiadesque Adamas, atque Asius Hyrtaci filius?
" Ubi verò et Othryoneus? nunc periit tota à culmine
" Ilios alta; nunc te certa *manet* gravis pernicies."
Illum autem vicissim allocutus est Alexander divinâ-formâ-praeditus:
" Hector, quoniam tibi animus *est* insontem culpare,
" Aliàs fortè magis cessare à proelio
" Potuerim, cùm neque me prorsùs imbellem genuerit mater:
" Ex quo enim apud naves pugnam suscitâsti sociorum,
" Ex eo hîc permanentes congredimur cum Danaïs
" Indesinentèr: socii autem caesi sunt *ii*, quos tu requiris.
" Duo-soli Deïphobusque, visque Heleni regis
" Abierunt, longis saucii hastis
" Ambo manum; caedem autem arcebat Saturnius
" Nunc verò duc, quò te cor animusque jubeat:

Ver. 771. — Ἀδάμας.] Vide suprà ad *ver.* 560.

Ver. 772. —— νῦν ὤλετο πᾶσα κατ᾽ ἄκρης.] *Al.* κατὰ κρῆς.

—— ruit alto à culmine Troja.
Æn. II, 290.

—— sternitque à culmine Trojam.
Ibid. 603.

Ver. 775. —— ἀναίτιον αἰτιάασθαι.] Malè hîc *Eustathius:* Σημείωσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ τοῦ Ἀχιλλέως ἦθος ἀνόμοιον πρὸς Ἕκτορα, εἴγε καὶ αὐτὸς "τάχα κεν ἀναίτιον αἰτιόῳτο." λ΄, 653. Istud enim reverà erat *Achillis* ἦθος· "Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ᾽ ἀγανό-" "φρων, Ἀλλὰ μάλ᾽ ἐμμεμαώς." ύ, 467. At *Hector* ubique indole atque ingenio *mansuetus*, et γλυκύθυμος describitur; licèt *Paridem*, in re et loco opportuno, acriùs nonnunquam, non sine causâ reprehenderit. Quare multò adhuc pejùs Domina *Dacier*, et *Popius;* qui *Hectorem* hîc *injustum, violentum,* et *iracundum* depingunt: Ac si ipse, suâ in oppugnandis Achivorum munitionibus temeritate et pertinaciâ, fortissimos suorum perdidisset; quorum mortem *Paridi*, non tam ut ignavo quidem et imbelli, (quanquam is et hâc in parte à reprehensione non abfuit,) quàm ut primæ malorum causæ atque auctori, exprobraret.

Ver. 776.———ἐρωῆσαι πτολέμοιο.] MS. à *Th. Bentleio* collatus, ἐρωήσειν πτολέμοιο. Vir doctissimus *Hen. Stephanus*, propter præcedentem syllabam longam, scribendum hîc contendit πολέμοιο. Ipse tamen, ut rectè observavit *Berglerus*, edidit, ὁμοιΐου πτολέμοιο, ό, 670. Atque in πτόλις, πτολίεθρον, et similibus, post syllabam alioqui positione longam, saepè abundat litera, gravioris soni causâ. Quod idem in προτὶ pro ποτὶ frequentèr factum, *Stephanus* ipse judicio candido hunc ad locum observavit.

Ver. 777. Μέλλω, ἐπεὶ οὐδ᾽.] Pronuntiabatur ἐπ᾽ οὐδ᾽ vel ἐπεὶὐδ᾽, duabus syllabis. Vide suprà ad ί, 349; et ad ί, 533.

Ver. 778. Ἐξ οὗ γάρ.] Refertur istud, γὰρ, ad id quod elegantissimè reticetur. *Aliàs fortè culpandus fuerim; At Nunc certè in reprehensionem non incurri: NAM ex quo*——.

Ver. 781. —— βίη θ᾽ Ἑλένοιο.] Vide suprà ad *ver.* 758.

Ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες ἅμ' ἑψόμεθ', οὐδέ τι φημὶ
Ἀλκῆς δευήσεσθαι, ὅση δύναμίς γε πάρεστι·
Πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.
Ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως·
Βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν,
Ἀμφί τε Κεβριόνην, καὶ ἀμύμονα Πουλυδάμαντα,
Φάλκην, Ὀρθαῖόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολυφοίτην,
Πάλμυν τ', Ἀσκάνιόν τε, Μόρυν θ' υἷ' Ἱπποτίωνος·
Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοὶ
Ἠοῖ τῇ προτέρῃ· τότε δὲ Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι.
Οἱ δ' ἴσαν, ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ,
Ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε,
Θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἁλὶ μίσγεται, ἐν δέ τε πολλὰ

"Nos enim paratissimis-animis sequemur, neque omninò puto
"Virtutem *te* desideraturum, quantum quidem *in nobis* virium fuerit:
"Ultra vires autem non licet, quantumvis cupido, pugnare."
Sic fatus, flexit fratris animam heros:
Perrexerunt autem ire, ubi maximè pugna et proelium erat;
Ubi erat Cebrionesque, et eximius Polydamas,
Phalces, Orthaeusque, et divinus Polyphoetes,
Palmysque, Ascaniusque, Morysque, filii [*vel* filius] Hippotionis;
Qui ex Ascaniâ glebosâ venerant suis-vicibus
Die praecedenti; tunc verò Jupiter *eos* impulit ad pugnam.
Hi autem ibant, vehementium ventorum similes turbini,
Qui ex tonitru patris Jovis ingruit in campum,
Immanique cum tumultu mari miscetur, in*surgunt*que multi

Ver. 785. —— ἐμμεμαῶτες.] Vide suprà ad *ver.* 46. Item ad ά, 265. ad β', 818. ad ζ', 464.

Ibid. —— οὐδέ τι.] *Al.* οὐδέ τι. *Al.* οὐδ' ἔτι.

Ver. 787. ——— πολεμίζειν.] *Stephanus*, πολεμίζειν. Vide suprà ad *ver.* 776.

Ver. 789. —— Βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα.]
—— ruit ad —— ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentque hastilibus auræ. *Æn.* XII, 690.

Ver. 792. ——— υἷ' Ἱπποτίωνος.] Vulgati habent, υἷε Ἱπποτίωνος. Sed scribendum, ut opinor, cum *Barnesio*, aut υἷ', aut υἷε· nè syllaba videlicèt circumflexa corripiatur. *Strabo* citat,

——— υἱὸν Ἱπποτίωνος,
Μυσῶν ἀγχιμάχων ἡγήτορα ——.
Lib. 12. *p.* 847. al. 565.

Quo magis mireris *Barnesii* levitatem, qui, quoniam alibi legerat Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα κατέκτα, ξ', 514. "*in eodem* Versu et "Fato, *ut* Fratres *potiùs quàm ut* Filium *et* "Patrem" conjunctos; ideò et hîc, pro Μόρυνθ' υἷ' Ἱπποτίωνος, scribendum existimavit Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα. Quasi verò *Pater* et *Filius* non tam *interfici simul* potuerint, quàm *bini Fratres.*

Ver. 793. Οἵ ῥ' ἐξ.] *Strabo*, loco jam citato, legit Οἵ γ' ἐξ. Quæ, quantum ex analogiâ quidem judico, et probabilior est Lectio.

Ibid. —— ἀμοιβοί.] Διαδοχῇ τινι βοηθείας· ——— πολέμου διάδοχοι, τοῖς προτέροις ἴσοι. ———"Η ἀμειβόμενοι Πρίαμον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἐπικούρησε τοῖς Φρυξί ποτε, ὡς ἐν τῇ γ'. ῥαψωδίᾳ εἴρηται. *Eustath.*

Ver. 795. —— ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ, ———.] Ἐπαινεῖται καὶ ἐνταῦθα παραβολὴ ἐν τοῖς μάλιστα. ——— δηλοῖ δὲ —— τὴν πολλὴν, καὶ σφοδρὰν, καὶ συνεχῆ, καὶ μετὰ ἤχου τῶν πολεμίων ἐπέλευσιν. *Eustath.*

Ver. 796. Ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς.] Σὺν ἀθρόᾳ βροντῇ. *Eustath.* Ἀντὶ τοῦ, μετὰ βροντῆς. *Schol.* Quod si verum est, quidni (obsecro) et *scribere* potuisset Homerus, "Η ῥα μετὰ βροντῆς—? At, ὑπο βροντῆς, indicat turbinem (secundùm Poetæ sententiam) vel ex tonitru, vel ex nube atque eâdem utique origine ac tonitru ipsum, natum.

Ver. 797. —— ἐν δέ τε πολλὰ.] *Al.* ἔνθα τε πολλά. Quod et laudat *Barnesius*. Sed minùs rectè. Meliùs enim indicat vulgata Lectio fluctus ex turbine, qui hîc *jam* describitur, oriundos.

Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Κυρτὰ, φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα·
Ὡς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι
Χαλκῷ μαρμαίροντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο·
Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ,
Πριαμίδης· πρὸ ἕθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσε ἴσην,
Ῥινοῖσιν πυκινήν· πολλὸς δ' ἐπελήλατο χαλκός·
Ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.
Πάντη δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων,
Εἴπως οἱ εἴξειαν ὑπασπίδια προβιβῶντι·
Ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
Αἴας δὲ πρῶτος προκαλέσσατο, μακρὰ βιβάσθων·
Δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθέ· τίη δειδίσσεαι οὕτως
Ἀργείους; οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμὲν
Ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί.
Ἦ θήν πού τοι θυμὸς ἐέλπεται ἐξαλαπάξειν
Νῆας, ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.

Fluctus aestuantes multo-strepitu-resonantis maris,
Tumidi, spumâ-albescentes, antè quidem alii, ac deinceps alii:
Sic Trojani, antè quidem alii stipati, pòst etiam alii
Aere coruscantes cum ducibus sequebantur:
Hector verò praeibat, hominum-perniciei par Marti,
Priamides; et ante se tenebat scutum undique aequale,
Pellibus densum; multum autem super-inductum-erat aes:
Circumque ejus tempora fulgens quassabatur cassis.
Quoquoversùm verò circum phalangas tentabat pedem-inferens,
Si quo-modo sibi cederent sub-clypeo progredienti:
Sed non conturbabat animum in pectoribus Achivorum.
Ajax autem primus provocavit, magnis-passibus gradiens:
" O bone, propiùs accede: cur territas ità
" Argivos? nequaquam pugnae imperiti sumus,
" Sed Jovis flagello pernicioso domiti sumus Achivi.
" Sanè quidem tibi animus sperat direpturum *te* esse
" Naves; in-promptu autem manus ad repellendum sunt et nobis.

Ver. 798. Κύματα παφλάζοντα, ——— φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα.] Ἐν πᾶσι, τὸ ἐνέργειαν ποιεῖν, εὐδοκιμεῖ· —— ποιεῖ δὲ ἐν τοῖς εὐδοκιμούσαις εἰκόσιν ἐπὶ τῶν ἀψύχων ταῦτα·

Κυρτὰ, φαληριόωντα, πρὸ μὲν τἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα.

Κινούμενα γὰρ, καὶ ζῶντα, ποιεῖ πάντα. [ubi notandum *Aristotelem* voce mediâ, κινούμενα, eas propriè dixisse res, quæ *se* ipsæ *moveant*:] *Rhetoric. lib.* 3. *c.* 11. Cæterùm de eo artificio, quo Poeta versûs sui numeros, verborumque ipsorum sonum, ad rei dicendæ naturam exegerit; vide suprà ad γ', 363.

Ver. 803. Πριαμίδης.] Vide suprà ad ά, 598.

Ibid. —— πρὸ ἕθεν.] *Al.* πρόσθεν.

Ver. 805. —— κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.] Ὅθεν ἴσως καὶ "κορυθαίολος" καὶ "κορυθάϊξ" λέγεται. *Eustath.* Id quod cum *Porphyrio* facit, qui αἰόλον non *varium*, sed *mobile*, semper significare contendit. Vide suprà ad β', 816.

Ver. 809. —— βιβάσθων.] *Al.* βιβάζων.

Ver. 811. —— οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμὲν, Ἀλλὰ Διὸς μάστιγι.]

——— non me tua fervida terrent
Dicta, ferox: Dii me terrent, et Jupiter hostis.
Æn. XII, 894.

Ver. 814. —— ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.

Ἦ κε πολὺ φθαίη εὖ ναιομένη πόλις ὑμὴ
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.
Σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων
Ἀρήσῃ Διῒ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι,
Θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους,
Οἵ σε πόλινδ' οἴσουσι, κονίοντες πεδίοιο.
Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
Θάρσυνος οἰωνῷ· ὁ δ' ἀμείβετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες;
Αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς πάϊς αἰγιόχοιο
Εἴην ἤματα πάντα, τέκοι δέ με πότνια Ἥρη,
Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων·
Ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι
Πᾶσι μάλ'· ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴκε ταλάσσῃς
Μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα
Δάψει· ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς
Δημῷ καὶ σάρκεσσι, πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο· τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο

" Ac sanè longè antè benè habitata urbs vestra
" Manibus nostris captaque, excisaque erit.
" Tibi verò ipsi aio *tempus* instare, quando fugiens
" Supplicabis Jovi patri et aliis immortalibus,
" Velociores accipitribus ut sint *tui* jubis-pulchris-comantes equi,
" Qui te ad urbem ferant, pulverem-excitantes per campum."
Sic ei locuto supervolavit dextra avis,
Aquila altivolans; acclamavit autem populus Achivorum,
Confirmatus augurio: At respondit tamen illustris Hector:
" Ajax blatero, ingens-et-hebes, quid dixisti?
" Utinam enim ego ità sanè Jovis filius Aegiochi
" Essem dies omnes, peperissetque me veneranda Juno,
" Honorarer autem sicut honoratur Minerva et Apollo:
" Ut jam dies haec malum fert Argivis
" Omnibus prorsùs: tuque inter illos occidèris, si ausus fueris
" Manere meam hastam longam, quae tibi corpus tenerum
" Lacerabit: Ac Trojanorum saturabis canes et alites
" Pinguedine et carnibus, prostratus ad naves Achivorum."
Sic utique locutus praeibat: illi verò simul sequebantur

—— totidem nobis animæque manusque.
Æn. X, 376.

Ver. 815. —— ὑμὴ.] *Al.* ὔμμιν.

Ver. 818. —— ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 819. — ἰρήκων.] Vide suprà ad *ver.* 62.

Ver. 823. Θάρσυνος οἰωνῷ.] Quâ analogiâ vox θάρσυνος, quæ mediam *corripit*, deducta sit ex θαρσύνω, quæ eandem *producit*; vide suprà ad ά, 338. et ad μ', 280.

Ver. 824. — ἁμαρτοεπὲς.] *Impropria et supervacua effutiens.* Cujus contrarium, οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς, γ', 215. ita reddit Quintilianus; *propriam, (id enim est, non errare verbis.) et carentem supervacuis eloquentiam.* Lib. 12. cap. 10.

Ver. 828. —— φέρει.] *Al.* φέροι.

Ver. 831. — Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς.] *Al.* κορέσεις.

—— canibus data præda Latinis,
Alitibusque jaces. —— *Æn.* IX, 485.

Ἠχῇ θεσπεσίῃ, ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν.
Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐπίαχον, οὐδ' ἐλάθοντο
Ἀλκῆς, ἀλλ' ἔμενον Τρώων ἐπιόντας ἀρίστους·
Ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα, καὶ Διὸς αὐγάς.

Clamore *cum* immenso, acclamabant autem *et* copiae à-tergo.
Sed et Argivi ex-alterâ-parte acclamabant, neque obliviscebantur
Fortitudinis, sed manebant Troüm invadentes fortissimos:
Clamor autem utrorumque pervenit-ad-aethera, et Jovis lucidas-domos.

Ver. 837. —— Διὸς αὐγάς.] *Barnesius* scribendum conjicit, αὐλάς· quia nimirùm, *Odyss.* δ', 74. legitur Ζηνὸς ——— αὐλή. Sed αὐλαὶ, in plurali, apud *Homerum* non occurrit.

ΤΗΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ῬΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ Ξ΄.

Ὑπόθεσις τῆς ὉΜΗΡΟΥ ῥαψῳδίας Ξ΄.

Ἀγαμέμνων συμπαραλαβὼν τοὺς τραυματίας, καὶ Νέστορα σὺν αὐτοῖς, ἔξεισιν ἐπὶ τὸν πόλεμον· Ἥρα δὲ, τὸν κεστὸν λαβοῦσα παρὰ τῆς Ἀφροδίτης, κατέρχεται· καὶ, τὸν Ὕπνον πείσασα, κοιμίζει τὸν Δία. Ποσειδῶν δὲ τοῖς Ἕλλησι βοηθεῖ, καὶ πολὺς φόνος γίνεται τῶν Τρώων. Αἴας δὲ λίθῳ βαλὼν Ἕκτορα πλήσσει· ὁ δὲ ἀναγαγὼν αἷμα λειποψυχεῖ. Ἀριστεύει δὲ καὶ Αἴας, ὁ Λοκρός.

Ἐπιγραφαί.

Διὸς ἀπάτη.

Ἄλλως.

Ξῖ, Κρονίδην λεχέεσσι παρήπαφεν Ὕπνος, ἰδ᾽ Ἥρη.

Νέστορα δ᾽ οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ ἔμπης,
Ἀλλ᾽ Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Φράζεο, δῖε Μαχᾶον, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα·
Μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴ θαλερῶν αἰζηῶν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε καθήμενος αἴθοπα οἶνον,
Εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη
Θερμήνῃ, καὶ λούσῃ ἀπὸ βρότον αἱματόεντα·
Αὐτὰρ ἐγὼν ἐλθὼν τάχα εἴσομαι ἐς περιωπήν.

Nestorem autem non fugit clamor, bibentem licèt;
Sed Asclepiadem verbis alatis allocutus est:
"Vide, nobilis Machaon, quomodo futura sint haec opera;
"*Solito*-major sanè ad naves clamor florentium-aetate juvenum.
"Verùm tu quidem nunc bibe sedens nigrum vinum,
"Dum calida lavacra comas-pulchra Hecamede
"Calefaciat, et abluat tabum sanguinolentum:
"At ego conscensâ actutùm cognoscam speculâ."

Ver. 1. *Νέστορα δ᾽ — πίνοντά.*] Connectitur cum eo quod suprà narratum est, λ΄, 617, &c.

Ibid — *ἔλαθεν ἰαχή.*] Quâ ratione, ἔλαθεν, hîc ultimam producat; item ἐϋπλόκαμος, *ver.* 6. et παμφαίνῃ, *ver.* 11. vide suprà ad ά, 51. n. 8.

Ver. 3. —— *τάδε ἔργα.*] Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus, *τόδε ἔργον.*

Ver. 5. —— *καθήμενος.*] *Al.* *παρήμενος.*

Ibid. —— *αἴθοπα οἶνον.*] Vide suprà ad ά, 462.

Ὥς εἰπὼν, σάκος εἷλε τετυγμένον υἷος ἑῆος,
Κείμενον ἐν κλισίῃ, Θρασυμήδεος ἱπποδάμοιο,
Χαλκῷ παμφαῖνον· ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο.
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
Στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς,
Τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθε
Τρῶας ὑπερθύμους· ἐρέριπτο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν.
Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ,
Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
Αὔτως, οὐδ' ἄρα τε προκυλίνδεται οὐδετέρωσε,
Πρίν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὖρον·
Ὣς ὁ γέρων ὥρμαινε, δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν
Διχθάδι'· ἢ μεθ' ὅμιλον ἴοι Δαναῶν ταχυπώλων,
Ἦε μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,

Sic fatus, scutum sumpsit affabrè-factum filii sui,
Jacens in tentorio, Thrasymedis equûm-domitoris,
Aere collucens; ille autem habebat clypeum patris sui.
Sumpsit porrò et validam hastam, praefixam acuto aere:
Stetitque extra tentorium; protinúsque inspexit rem indignam,
Hos quidem turbatos, illos verò turbantes à-tergo,
Trojanos *utique* ferocientes: dirutus autem erat murus Achivorum.
Ut verò quum nigrescit pelagus magnum undâ tacitâ,
Praesentiens stridulorum ventorum celeres motus
Nullo-effectu, neque videlicèt provolvitur in-hanc-vel-illam-partem,
Antequam aliquis certus descenderit à Jove ventus:
Sic senex *secum* agitabat, distractus animo
Bifariàm; utrùm in agmen iret Danaorum equitum-velocium,
An ad Atridem Agamemnonem, pastorem populorum.
Sic autem ei cogitanti visum est utilius esse,

Ver. 9. —— ἑῆος.] *Al.* ἑοῖο. Nempe ex *ver.* 11. infrà. Haud satis venustè: Non enim auribus placent tres versus perpetui ὁμοιοτέλευτοι.

Ver. 11. ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο.] Πιθανῶς ὁ νέος εἰσῆκται, κεχρημένος τῇ χρυσῇ ἀσπίδι· προείρηκε γὰρ περὶ αὐτῆς ὁ Ποιητὴς, Θ', 191.

Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον, καὶ σπεύδετον· αἴκε λάβωμεν
Τοπρὶν δ' οὔτ' ἂρ ἐγὼ παύσω χόλον, οὔτέ τιν' ἄλλων
Ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἐάσω,
Πρίν γε τὸ Πηλείδαο τελευτηθῆναι ἐέλδωρ·
Ὥς οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι
Ἤματι τῷ, ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων,
Λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.
Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος, ὅστ' ἐπὶ πολλὴν
Γαῖαν ἐληλουθὼς, φρεσὶ πευκαλίμῃσι νοήσῃ,
Ἔνθ' εἴην, ἢ ἔνθα, μενοινήσειέ τε πολλά·
Ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη·
Ἵκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον, ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν
Ἀθανάτοισι θεοῖσι Διὸς δόμῳ· οἱ δὲ ἰδόντες,

"*Cùm* alios, tum filium meum Sarpedona nobilem :
"*Ob Patroclum* autem iratus interficiet Hectorem nobilis Achilles.
"Ex eo deinceps tempore ut-iterum-in-fugam-avertantur-*Trojani* à navibus,
"Semper ego efficiam perpetuò ; usque-dum Achivi
"Ilium excelsum ceperint, Minervae consiliis.
"Priùs autem neque ego cessabo ab irâ, neque quempiam aliorum
"Immortalium Danais auxiliari hîc sinam,
"Quàm Pelidae expletum fuerit desiderium ;
"Sicut ei promisi primùm, meoque annui capite
"Die illo, quandò mihi Dea Thetis tetigit genua,
"Supplicans, ut honorarem Achillem urbium-vastatorem."
Sic dixit : Neque non-obsecuta-est dea ulnas-candida Juno ;
Discessit itaque ab Idaeis montibus, *ut iret* ad excelsum Olympum.
Sicut verò cùm se arrigit mens viri, qui per multas
Terras profectus, praecordiis *in* prudentibus secum-cogitat,
"Huc iverim, vel illuc," animoque-versat multa :
Sic celeritèr viam-carpens pervolavit veneranda Juno ;
Pervenitque in excelsum Olympum : Congregatis autem supervenit
Immortalibus diis, Jovis in domo : Illi verò conspicati,

Ver. 72. —— οὔτ' ἄρ.] *Al.* οὔτ' ἄν.
Ibid. —— παύσω.] *Al.* παύω.
Ibid. —— ἄλλων.] ἄλλον MSS. à viro erudito, *Th. Bentleio*, collati. Quæ et proba Lectio.
Ver. 73. Ἀθανάτων.] Vide suprà ad ά, 598.
Ibid. ——ἐάσω.] *Barnesius* pessimè, ἐάσσω. Vide suprà ad δ', 42.
Ver. 77. —— πτολίπορθον.] Vide suprà ad β', 278.
Ver. 78. —— θεὰ λευκώλενος Ἥρη.] Βοῶπις πότνια Ἥρη, MSS. duo à *Th. Bentleio* collati. Quæ si vera sit lectio ; erit prior illa ex *ver.* 92. jam infrà, desumpta.
Ver. 79. Βῆ δὲ κατ'.] Βῆ δ' ἐξ. MS. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus.
Ver. 80. —— ὅτ' ἀναΐξῃ.] *Al.* ὅταν ἀΐξῃ.
Ver. 81. —— νοήσῃ.] *Al.* νοήσει.
Ver. 82. —— εἴην.] *Al.* ἤειν.
Ver. 85. —Ἀθανάτοισι.] Vide supra ad ά, 598.

Πάντες ἀνήϊξαν, καὶ δεικανόωντο δέπασσιν.
Ἡ δ' ἄλλους μὲν ἔασε, Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ
Δέκτο δέπας, πρώτη γὰρ ἐναντίη ἦλθε θέουσα,
Καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρη, τίπτε βέβηκας, ἀτυζομένη δὲ ἔοικας;
Ἦ μάλα δή σε φόβησε Κρόνου πάϊς, ὅς τοι ἀκοίτης;
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Μή με, θεὰ Θέμι, ταῦτα διείρεο· οἶσθα καὶ αὐτὴ,
Οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής·
Ἀλλὰ σύ γ' ἄρχε θεοῖσι δόμοις ἔνι δαιτὸς ἐΐσης·
Ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι ἀθανάτοισιν,
Οἷα Ζεὺς κακὰ ἔργα πιφαύσκεται· οὐδέ τι φημὶ
Πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν, οὔτε βροτοῖσιν,
Οὔτε θεοῖς, εἴπερ τις ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων.
Ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη·
Ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς, θεοί· ἡ δ' ἐγέλασσε

Omnes celeritèr-adsurrexerunt, et excipiebant poculis.
Atque haec alios quidem omisit, à Themide verò genas-pulchrâ
Accepit poculum: prima enim *illa* obvia venit currens,
Et eam compellans verbis alatis allocuta est:
" Juno, cur *huc* ascendisti; metu utique perculsae similis-videris?
" Annè valde scilicèt te territavit Saturni filius, qui tibi maritus?"
Huic autem respondit deinde dea ulnas-candida Juno:
" Nè me, dea Themi, haec interroga: scis et ipsa,
" Qualis illius animus superbus et inclemens:
" At tu quidem praesis inter-Deos, in aedibus, convivio aequali:
" Haec autem et inter omnes audies immortales,
" Qualia Jupiter mala opera denunciet: neque omninò puto
" Omnibus unà animum gavisurum, neque mortalibus,
" Neque diis; etiamsi quis usque nunc convivetur hilaris."
Ac quidem sic locuta consedit veneranda Juno:
Molestè autem ferebant per domum Jovis, dii: Illa verò risit

Ver. 86. ——— δεικανόωντο δέπασσιν.] Vide suprà ad δ', 4.

Ver. 87. —— ἔασε.] Vide suprà ad δ', 42.

Ver. 88. —— θέουσα.] φέρουσα Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus.

Ver. 90. — βέβηκας.] Vide suprà ad ά, 37.

Ibid. —— ἀτυζομένη δὲ ἔοικας.] Scholiastes cum cod. *Harleiano* legit, atque exponit, ἀτυζομένη. Sed ἔοικας, apud Homerum, rariùs respondet Latino, *videris;* sæpiùs, τῷ *similis-videris.*

Ver. 91. —— σε φόβησε.] *Al.* σ' ἐφόβησε.

Ver. 92. —— θεὰ λευκώλενος.]
——— niveis ——— diva lacertis.
Æn. VIII, 387.

Ver. 93. Μή με, θεά Θέμι, ταῦτα.] Vir eruditus *Th. Bentleius*, uno in MS. *Italico* scriptum repperit, Μή με, θεὰ, μήτι ταῦτα. Unde fortassè legendum, eodem conjectante; Μή με, θεὰ, μὴ ταῦτα ———.

Ver. 95. — δαιτὸς ἐΐσης.] Vide suprà ad ά, 468.

Ver. 96 et 107. ——— ἀθανάτοισιν.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 97. —— οὐδέ τι.] *Al.* οὐδ' ἔτι.

Ver. 98. —— κεχαρησέμεν.] Vide suprà ad *ver.* 11.

Ver. 99. —— τις ἔτι νῦν.] Quâ ratione, ἔτι hîc ultimam producat; item Ζηνὶ, *ver.* 104. et σθένεϊ, *ver.* 108. et γὰρ, *ver.* 111. et κέλετο *ver.* 119. vide suprà ad ά, 51. n. 8. 10.

Ibid. — δαίνυται.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 101. Ὤχθησαν.] Cod. *Harleian.* Ὄχθησαν.

Ibid. —— ἐγέλασσε —— οὐδέ —— ἰάνθη.]
——— curisque ingentibus aeger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Æn. I, 212.

Χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν
Ἰάνθη· πᾶσιν δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα·
Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες,
Ἢ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν, ἆσσον ἰόντες,
Ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ· ὁ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει,
Οὐδ' ὄθεται· φησὶν γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Κάρτεΐ τε σθένεΐ τε διακριδὸν εἶναι ἄριστος.
Τῷ ἔχεθ', ὅ,ττι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ·
Ἤδη γὰρ νῦν ἔλπομ' Ἄρηΐ γε πῆμα τετύχθαι·
Υἱὸς γάρ οἱ ὄλωλε μάχῃ ἔνι, φίλτατος ἀνδρῶν,
Ἀσκάλαφος, τὸν φησὶν ὃν ἔμμεναι ὄβριμος Ἄρης.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ Ἄρης θαλερὼ πεπλήγετο μηρὼ
Χερσὶ καταπρηνέσσ', ὀλοφυρόμενος δὲ προσηύδα·
Μὴ νῦν μοι νεμεσήσετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Τίσασθαι φόνον υἷος, ἰόντ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Εἴπερ μοι καὶ μοῖρα, Διὸς πληγέντι κεραυνῷ,
Κεῖσθαι, ὁμοῦ νεκύεσσι μεθ' αἵματι καὶ κονίῃσιν.
Ὣς φάτο· καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε

Labiis *tenus*, non autem frons super supercilia nigra
Exhilarata est: inter omnes autem, indignata locuta est:
" Dementes, qui Jovi irascimur insipientes;
" *Qui*que adhuc ipsum cupimus compescere, propiùs accedentes,
" Vel suasu, vel vi: is verò è-longinquo-sedens nostrî-rationem-non-habet,
" Neque movetur: ait enim inter immortales deos
" Viribusque potentiâque eximiè *se* esse optimum.
" Quare tolerate, quodcunque vobis malum immittat unicuique:
" Jam enim nunc opinor Marti utique damnum illatum esse:
" Filius enim ei interiit in pugnâ, charissimus hominum,
" Ascalaphus, quem ait suum esse impetuosus Mars."
Sic dixit: Mars autem robusta-feriebat-sibi femora
Manibus pronis, lugens autem allocutus est:
" Ne nunc mihi succenseatis, coelestes domos incolentes,
" Quòd-ulcisci-velim caedem filii, profectus ad naves Achivorum,
" Etiam si mihi *sit* fatale, Jovis percussum fulmine
" Jacere, unà-cum mortuis, in sanguine et pulvere."
Sic dixit: et equos jussit Terroremque Horroremque

Ver. 102.—— κυανέῃσιν.] Vide suprà ad ά, 528.

Ver. 105. Ἢ ἔτι μιν.] *Al.* Ἠί τί μιν.

Ver. 106. Ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ.] Vide suprà ad ά, 395.

Ver. 108.—— διακριδὸν.] Vide suprà ad ά, 309.

Ver. 113.—— πεπλήγετο μηρὼ.] Notandus hìc primigenius et maximè proprius *Formæ Mediæ* usus; *sua sibi percussit femora.*

Ver. 114.—— δὲ προσηύδα.] *Al.* δ' ἔπος ηὔδα.

Ver. 115.— νεμεσήσετ'.] *Al.* νεμεσήσατ'.

Ver. 116. Τίσασθαι.] Τίσασθαι et τίσεσθαι primam Homero *semper* producunt; sicuti φθίνω et φθίσεσθαι. Vide suprà ad ν', 339. et ad β', 43. et ad δ', 257.

Ver. 117.—— πληγέντι.] Vide suprà ad γ', 31.

Ver. 119 —— καὶ ῥ'.] *Et proinde, ut comminatus erat,* ——.

Ibid.—— Δεῖμόν τε Φόβον τε.] Filios Martis, quibus equos sibi jungendos jussit.

Ζευγνύμεν· αὐτὸς δ' ἔντε' ἐδύσετο παμφανόωντα.
Ἔνθα κέ τις μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
Πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη,
Εἰ μὴ Ἀθήνη, πᾶσι περιδδείσασα θεοῖσιν,
Ὦρτο δι' ἐκ προθύρου, λίπε δὲ θρόνον, ἔνθα θάασσε.
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλῆς κόρυθ' εἵλετο, καὶ σάκος ὤμων,
Ἔγχος δ' ἔστησε στιβαρῆς ἐκ χειρὸς ἑλοῦσα
Χάλκεον· ἡ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα·
Μαινόμενε, φρένας ἠλὲ, διέφθορας· ἦ νύ τοι αὔτως
Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστὶ, νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς;
Οὐκ ἀΐεις, ἅτε φησὶ θεὰ λευκώλενος Ἥρη;
Ἣ δὴ νῦν πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰλήλουθεν·
Ἦ ἐθέλεις αὐτὸς μὲν ἀναπλήσας κακὰ πολλὰ,
Ἂψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε καὶ ἀχνύμενός περ ἀνάγκῃ,
Αὐτὰρ τοῖς ἄλλοισι κακὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι;
Αὐτίκα γὰρ Τρῶας μὲν ὑπερθύμους καὶ Ἀχαιοὺς
Λείψει, ὁ δ' ἡμέας εἶσι κυδοιμήσων ἐς Ὄλυμπον·

Jungere: ipse autem arma induebat collucentia.
Tum sanè quaedam majorque et gravior alia
A Jove in immortales ita et indignatio exorta fuisset,
Nisi Minerva, cunctis metuens diis,
Prosiluisset extra vestibulum, liquissetque solium ubi sedebat.
Atque *Martis* quidem à capite galeam dempsit, et scutum humeris;
Hastamque seposuit-erectam, robustâ è manu raptam,
Aeream; ipsa verò verbis *hisce* corripuit impetuosum Martem:
" Furiose, vecors, periisti; an verò tibi frustrà
" Aures ad-audiendum sunt, mensque etiam periit et pudor?
" Non audis, quae dicit dea ulnas-candida Juno?
" Quae jam nunc à Jove Olympio venit:
" An velis ipse quidem, perpessus mala multa,
" Reverti ad-Olympum, dolens utique, necessitate;
" Atque etiam caeteris malum magnum omnibus creare?
" Continuò enim Trojanos quidem magnanimos et Achivos
" Linquet *Jupiter,* ad nos autem veniet turbas-excitaturus in Olympum:

Ver. 120. Ζευγνύμεν'.] Vide suprà ad γ', 260.

Ibid. —— ἐδύσετο.] *Al.* ἐδύσατο. Vide suprà ad β', 35. et ad έ, 109.

Ver. 121. — κέ τις.] Cod. *Harleian.* κέ τι.

Ver. 122. —— ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 123. — Ἀθήνη.] *Consilium prudentius.* Vide suprà ad ά, 194. ad β', 169. et ad δ', 92.

Ver. 124. —— δι' ἐκ.] *Al.* μὲν ἐκ.

Ver. 126. —— ἐκ.] Cod. *Harleian.* ἀπό.

Ver. 128. —— φρένας ἠλὲ, διέφθορας.] Notandus hîc proprius et primigenius *vocis Mediæ* usus: *Te ipse perdidisti: periisti.* Vide suprà ad γ', 141. Alii *activè* accipiunt; φρένας, ἠλὲ, διέφθορας.

Ibid. —— αὔτως.] Schol. inedita, in Cod. *Harleiano;* ἀδιακρίτως.

Ver. 131.—εἰλήλουθεν.] Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 134. —— τοῖς ἄλλοισι κακὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι.] Vir eruditus, *Tho. Bentleius,* in Codice *Harleiano* et in duobus MSS. *Italicis* scriptum repperit, τοῖς ἄλλοισι θεοῖς, sicuti in ά, 597. Quæ si fortè vera fuerit Lectio, tum ex ejusdem *conjecturâ* scribendum erit;—τοῖς ἄλλοισι θεοῖς μέγα πῆμα φυτεῦσαι; Sed expectandi Codices.

Ver. 136. —— ἡμέας εἶσι] Pronuntiabatur, ἡμᾶς εἶσι· Nam ἡμέας ultimam producit.

Μάρψει δ' ἑξείης, ὅστ' αἴτιος, ὅστε καὶ οὐκί.
Τῷ σ' αὖ νῦν κέλομαι μεθέμεν χόλον υἷος ἑῆος·
Ἤδη γάρ τις, τοῦδε βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων,
Ἢ πέφατ', ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται· ἀργαλέον δὲ
Πάντων ἀνθρώπων ῥῦσθαι γενεήν τε τόκον τε.
Ὣς εἰποῦσ', ἵδρυσε θρόνῳ ἔνι θοῦρον Ἄρηα.
Ἥρη δ' Ἀπόλλωνα καλέσσατο δώματος ἐκτὸς,
Ἶρίν θ', ἥ τε θεοῖσι μετάγγελος ἀθανάτοισι,
Καί σφεας φωνήσασ', ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα·
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθητε, Διός τ' εἰς ὦπα ἴδησθε,
Ἔρδειν, ὅ,ττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ.
Ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα, πάλιν κίε πότνια Ἥρη·
Ἕζετο δ' εἰνὶ θρόνῳ· τὼ δ' ἀΐξαντε πετέσθην,
Ἴδην δ' ἵκανον πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν·
Εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ
Ἥμενον, ἀμφὶ δέ μιν θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο·
Τὼ δὲ πάροιθ' ἐλθόντε Διὸς νεφεληγερέταο,
Στήτην· οὐδὲ σφῶϊν ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ,
Ὅττι οἱ ὦκ' ἐπέεσσι φίλης ἀλόχοιο πιθέσθην·

" Corripiet autem alium-post-alium, quique in-culpâ *sit*, quique etiam non.
" Quare te nunc jubeo missam-facere iram de filio tuo:
" Jam enim aliquis, eo *et* vi et manibus fortior,
" Vel interfectus est, vel etiam posthàc interficietur: difficile quippe *est*,
" Omnium hominum liberare *à morte* progeniemque partumque."
Sic locuta, collocavit in solio impetuosum Martem.
Juno autem Apollinem vocavit domum extra,
Irimque, quae diis internuncia *est* immortalibus;
Et eos compellans, verbis alatis allocuta est:
" Jupiter vos in Idam jubet venire quàm celerrimè;
" Ac postquam veneritis, Jovisque vultum aspexeritis,
" Facite, quicquid ille hortatus fuerit et jusserit."
Ac quidem sic locuta, retrò cessit veneranda Juno;
Conseditque in solio: ii verò properantes volabant,
Idamque pervenerunt fontibus-irriguam, matrem ferarum.
Invenerunt autem latè-sonantem Saturnium in Gargaro summo
Sedentem, circumque ipsum odorata nubes circumfusa erat:
Hi autem ut coram venerunt Jove nubes-cogente,
Steterunt; neque iis visus iratus est animo,
Quoniam sibi celeritèr verbis suae uxoris paruerant:

Ver. 144. — ἥ τι.] *Quæ utique; Quæ scilicèt* ——.
Ibid. — μετάγγελος.] *Al.* μετ' ἄγγελος.
Ibid. — ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.
Ver. 147. — ἴδησθε.] *Al.* ἵκησθε. *Al.* ἴδητε.
Ver. 148. —— ὅ,ττι κε κεῖνος.] *Al.* ὅττι κ' ἐκεῖνος

Ver. 152. —— εὐρύοπα.] Vide suprà ad ά, 175. 498. et ad θ', 206.
Ver. 153. —— ἐστεφάνωτο.] Si ἐστεφάνωται dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. · Vide suprà ad ά, 37.
Ver. 155. —— οὐδὲ σφῶϊν ἰδὼν ἐχολώσατο.] Vide suprà ad *ver* 11

Ἶριν δὲ προτέρην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
 Βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, Ποσειδάωνι ἄνακτι
Πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι, μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι·
Παυσάμενόν μιν ἄνωχθι μάχης ἠδὲ πτολέμοιο,
Ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν.
Εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται, ἀλλ' ἀλογήσει,
Φραζέσθω δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Μή μ' οὐδὲ, κρατερός περ ἐὼν, ἐπιόντα ταλάσσῃ
Μεῖναι· ἐπεὶ ἕο φημὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,
Καὶ γενεῇ πρότερος· τοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ
Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.
 Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν.
Ὡς δ' ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς, ἠὲ χάλαζα
Ψυχρὴ ὑπαὶ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο·
Ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο ὠκέα Ἶρις,

Irim autem priorem verbis alatis allocutus est:
" Vade, age, Iri velox, Neptuno regi
" Omnia haec nuncia, neque falsa-nuncia sis:
" Relictâ illum jube pugnâ atque proelio,
" Ire ad coetus deorum, vel in mare vastum.
" Si verò meis non verbis parebit, sed aspernabitur,
" Perpendat deinde mente et animo,
" Ne me nequaquam, fortis ut sit, invadentem valeat
" Sustinere; quoniam eo profiteor viribus multò praestantiorem *me* esse,
" Et natu majorem: illius autem non veretur cor
" Aequalem mihi se-profiteri, quem metuunt etiam caeteri."
Sic dixit: neque non-obsecuta est alis-ventosis velox Iris:
Descendit autem ab Idaeis montibus Ilium versùs sacram.
Ut verò cùm ex nubibus volat nix, aut grando
Gelida, *acta* impetu serenitatem-inducentis Boreae:
Sic festinantèr viam-carpens pervolavit velox Iris,

Ver. 158. Βάσκ' ἴθι.]
Vade, age, nate; —— *Æn.* IV, 223.
" Cæterùm, quis tam obtuso ingenio est, " quin intelligat, *βάσκ' ἴθι*, verba duo idem " significantia, non frustrà posita esse ἐκ " *παραλλήλου*, ut quidam putant: sed horta- " mentum esse acre imperatæ celeritatis." *Gell. lib.* 13. *cap.* 23.

Ver. 160. —— *μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.*] Vide suprà ad ή, 232. 279.

Ver. 161. Ἔρχεσθαι μετὰ.] Ἔρχεσθ' ἢ μετὰ, *ver.* 177.

Ver. 162. — ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται. *Al.* ἐπέεσσι πιπείσεται· notante *Henr. Stephano.*

Ver. 163. —— δὴ ἔπειτα.] *Al.* δὴ ἔπειτα. Quod ferri potest. *Vulg.* δ' ἔπειτα· Quod ex analogiâ minùs est accuratum.

Ver. 164. Μή μ' οὐδὲ, κρατερός περ ἐὼν, —— ταλάσσῃ.] *Barnesius*, et Editio *Wetsteniana*, aliique, pessimè hoc ita vertunt, ac si *Homerus* contrà planè, quàm voluerit, scripsisset; Μή μ', οὐδὲ κρατερός περ ἐὼν —— ταλάσσῃ.

Ver. 167. Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι.] Notandus hîc primigenius et maximè proprius *Vocis Mediæ* usus: *Æqualem SE mihi dicere.* Vide suprà ad γ', 141.

Ibid. —— τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.] *Quem utique* —. *Al.* καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην. Nempe ex ά, 187. Sed priorem Lectionem firmat infrà *ver.* 183.

Ver. 170. —— νιφὰς.] Quâ analogiâ ex νίφειν deducta sit νιφὰς, vide suprà ad ά, 338. et ad μ', 280.

Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη κλυτὸν Ἐννοσίγαιον·
Ἀγγελίην τινά τοι, Γαιήοχε κυανοχαῖτα,
Ἦλθον δεῦρο φέρουσα παραὶ Διὸς αἰγιόχοιο·
Παυσάμενόν σ' ἐκέλευσε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο,
Ἔρχεσθ' ἢ μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν.
Εἰ δέ οἱ οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεαι, ἀλλ' ἀλογήσεις,
Ἠπείλει κἀκεῖνος ἐναντίβιον πολεμίζων
Ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι· σὲ δ' ὑπεξαλέασθαι ἀνώγει
Χεῖρας, ἐπεὶ σέο φησὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,
Καὶ γενεῇ πρότερος· σὸν δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ
Ἶσόν οἱ φάσθαι, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.
Τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη κλυτὸς Ἐννοσίγαιος·
Ὢ πόποι, ἦ ῥ', ἀγαθός περ ἐὼν, ὑπέροπλον ἔειπεν,
Εἴ μ' ὁμότιμον ἐόντα βίῃ ἀέκοντα καθέξει.
Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε Ῥείη,
Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων·
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ,

Propè autem stans allocuta est inclytum Neptunum :
" Nuncium quendam tibi, Neptune crines-caerulee,
" Veni huc ferens à Jove Aegiocho :
" Relictâ te jubet pugnâ atque proelio,
" Ire vel ad coetus deorum, vel in mare vastum.
" Si verò ejus non verbis parebis, sed aspernaberis,
" Minatus est et ipsum-se ex-adverso pugnaturum
" Huc venturum : te autem vitare jubet *suas*
" Manus, quia, *quàm* tu *sis*, ait viribus multò *se* praestantiorem esse,
" Et natu majorem : tuum autem non veretur cor
" Aequalem *te* ei profiteri, quem metuunt etiam caeteri."
Hanc autem valdè indignatus allocutus est inclytus Neptunus :
" Eheu ; certè, potens licèt existens, superbè locutus est,
" Si me, pari honore praeditum, vi invitum coërçebit.
" Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos peperit Rhea,
" Jupiter et ego, tertius autem Pluto inferis imperans :
" Trifariàm autem omnia divisa-sunt, quisque verò *suam* sortitus est dignitatem.
" Meae sanè sortis-erat canum mare habitare perpetuò,

Ver. 174. — κυανοχαῖτα.] Vide suprà ad ά, 43, 58, 528.

Ver. 177. Ἔρχεσθ' ἢ μετὰ.] Ἔρχεσθαι μετὰ, *ver.* 161. Aut locus iste ex hoc, aut hic ex isto, corrigendus.

Ver. 179.—πολεμίζων.] *Al.* πολεμίζων.

Ver. 180. —— ἀνώγει.] Cod. *Harleian.* ἄνωγε. Quod et ipsum rectè dicitur de præsenti : Vide suprà ad θ', 522.

Ver. 183. Ἶσόν οἱ φάσθαι.] Quâ ratione, Ἶσον, ultimam hîc, etiam extra cæsuram, producat ; item κακὸν, *ver.* 196. et χολωτεῖσιν, *ver.* 210. vide suprà ad ά, 51. Scribi hoc quidem in loco poterat, Ἶσόν σ', εἰ φάσθαι. Sed venustiùs abest istud σί. Vide suprà ad *ver.* 166 ; ubi itidem scribi potuisset, Ἶσόν ἕ μοι φάσθαι· sed minùs elegantèr.

Ver. 187. Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου.] *Etenim tres* —— ; *Nam tres videlicèt* ——. *Al.* Τρεῖς γάρ τε Κρόνου.

Ibid. —— οὓς τέκε Ῥείη.] *Al.* οὓς τέκε Ῥείη. Et, οὓς τίκτετο Ῥέα.

Ver. 189. —— δέδασται —— ἔμμορε.] Conjuncta sunt cum præcedente εἰμέν. Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 190. —— ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα.]

Παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα·
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.
Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων, καὶ μακρὸς Ὄλυμπος·
Τῷ ῥα καὶ οὔτι Διὸς βέομαι φρεσίν· ἀλλὰ ἕκηλος,
Καὶ κρατερός περ ἐὼν, μενέτω τριτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.
Χερσὶ δὲ μήτι με πάγχυ, κακὸν ὥς, δειδισσέσθω.
Θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι κέρδιον εἴη
Ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, οὓς τέκεν αὐτὸς,
Οἵ ἕθεν ὀτρύνοντος ἀκούσονται καὶ ἀνάγκῃ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
Οὕτω γὰρ δή τοι, Γαιήοχε κυανοχαῖτα,
Τόνδε φέρω Διῒ μῦθον ἀπηνέα τε, κρατερόν τε;
Ἦ τι μεταστρέψεις; στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

" Motis-sortibus: Plutoni autem sorte-obvenere tenebrae caliginosae;
" Jovis verò obvenit coelum latum, in aethere et nubibus.
" Terra autem etiamnum communis *est* omnium, et excelsus Olympus:
" Quare sanè nequaquam Jovis degam ex voluntate; sed quietus,
" Potens licèt existens, maneat *suâ* tertiâ in portione.
" Manibus verò nequid me omninò, ignavum veluti, territet.
" Filias enim et filios satius esset
" Terrificis verbis incessere, quos genuit ipse;
" Qui et imperitanti auscultabunt, etiam necessitate."
Huic autem respondit deindè pedibus-ventos-aequans velox Iris:
" Itane verò à te, Neptune crines-caerulee,
" Hunc fero Jovi sermonem durumque asperumque?
" An quid mutabis? Flexibiles sanè mentes prudentium.

——— imperium pelagi, sævumque tridentem,
——— *mihi* sorte datum; tenet *ille* immania saxa. *Æn.* I, 142.

——— Hæc——— manebat
Sors rerum. ——— X, 29.

Ver. 191. —— ἔλαχε ζόφον.] Ita MSS. à *Th. Bentleio* collati. *Vulgg.* ἔλαχεν ζόφον· minùs numerosè.

Ver. 197. Θυγατέρεσσιν γάρ τε.] *Etenim filias* ——. De prosodiâ autem, vide suprà ad ά, 398.

Ibid. —— κέρδιον εἴη.] *Al.* βέλτερον εἴη.

Ver. 199. —— ἀκούσονται] *Al.* ἀκούσωνται.

Ver. 201. Οὕτω γὰρ δή.] *Siccinè autem, quæso? Siccinè enim reverà* ——? Nempe refertur istud, γὰρ, ad id quod elegantissimè reticetur; "*Hæreo de responso renuntiando:*" Vel, "*Metuo tibi; Nam* —:" Vel, siquid simile. Vide suprà ad έ, 22. Quare inficetè admodum *Spondanus*; "*Illud*, γὰρ, *vid*" *nè superfluum sit.*" Atque etiam *Eustathius*; Σκοπητέον εἰ μὴ παρέλκει ὁ "γὰρ" σύνδεσμος· οὐδὲν γὰρ αἰτιολογεῖ. *Virgilius* elegantissimè, constructione non multùm dissimili:

——— tandem ore locutus;
Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos? ———
Georg. IV, 455.

Ubi istud, *Nam*, in ipso statim orationis initio, vim habet recentioribus linguis prorsùs incognitam. Cæterùm de *totâ* hâc *Iridis* oratione, ita *Dionysius Halicarnasseus:* Λέγειν μὲν βούλεται, εὐπρεπῶς δὲ λέγει. —— Τὸν λέγοντα, ζητεῖν εὐπρεπῶς λέγειν, δείκνυσιν ἐπὶ τῆς Ἴριδος· —— Παραινεῖ αὐτῷ ἡ Ἶρις εὐπρεπέστερον λέγειν, ἵν' ἀκινδυνότερος ὁ λόγος ᾖ. —— "Οὕτω γὰρ δή τοι ——;" Καὶ τὴν ἀπειλὴν αὐτῷ ἐπάγει, ὀνόματι ἑνὶ λέγουσα, "Διῒ "μῦθον." *Dion. Halicarn.* Τέχνη, § 9.

Ibid. —— κυανοχαῖτα.] Vide suprà ad ά, 45, 58, 528.

Ver. 203. —— στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.] *Al.* στρεπταὶ γάρ τοι φρένες.
—— στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί. ί, 495.
—— ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν. ν', 115.

Οἶσθ', ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐριννύες αἰὲν ἕπονται.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Ἶρι θεὰ, μάλα τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπες·
Ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ·
Ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει,
Ὁππόταν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ
Νεικείειν ἐθέλῃσι χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν.
Ἀλλ' ἤτοι νῦν μέν κε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω·
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, καὶ ἀπειλήσω τόγε θυμῷ,
Αἴκεν ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγελείης,
Ἥρης, Ἑρμείω τε, καὶ Ἡφαίστοιο ἄνακτος,
Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται, οὐδ' ἐθελήσει
Ἐκπέρσαι, δοῦναι δὲ μέγα κράτος Ἀργείοισιν·
Ἴστω τοῦθ', ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται.
Ὣς εἰπὼν, λίπε λαὸν Ἀχαϊκὸν Ἐννοσίγαιος·
Δῦνε δὲ πόντον ἰὼν, πόθεσαν δ' ἥρωες Ἀχαιοί.
Καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἔρχεο νῦν, φίλε Φοῖβε, μεθ' Ἕκτορα χαλκοκορυστήν·

"Nôsti, quòd majoribus-natu Erinnyes semper assectae sunt."
Hanc autem vicissim allocutus est Neptunus terrae-quassator:
"Iri dea, valdè hoc verbum rectè dixisti:
"Bonum et illud est, quandò nuncius utilia nôrit:
"Sed hic gravis dolor cor et animum *meum* occupat,
"Cùm parem-sorte et pari destinatum fato
"Objurgare vult iracundis verbis.
"At sanè nunc quidem, indignatus licèt, cedam:
"Aliud verò tibi dicam, et minabor illud animo;
"Si quidem invitis me et Minervâ praedatrice,
"Junone, Mercurioque, et Vulcano rege,
"Ilio excelso parcet, neque volet
"Evertere, dareque magnam victoriam Argivis;
"Sciat hoc, nobis insanabilem iram fore."
Sic fatus, liquit exercitum Achaicum Neptunus:
Subiitque pontum profectus; desiderabant verò *eum* heroës Achivi.
Et tunc Apollinem allocutus est nubes-cogens Jupiter:
"Vade nunc, dilecte Phoebe, ad Hectorem aere-armatum:

Ver. 204. Οἶσθ', ὡς.] Vide suprà ad ά, 537.

Ver. 206. —— ἔειπες.] *Al.* ἔειπας· ut et alibi sæpè.

Ver. 207. —— τέτυκται.] Vide suprà ad ά, 57.

Ver. 211. — νεμεσσηθεὶς.] Schol. inedita, in cod. *Harleiano*, à *Tho. Bentleio* communicata: τὴν νέμεσιν εὐλαβηθείς. Vide infrà, *ver.* 227.

Ver. 212 —— 217. Ἄλλο δέ —— χόλος ἔσται.] Hosce sex versiculos rejecerunt nonnulli: Rationibus admodùm ineptis; ut ostendit *Eustathius*.

Ver. 213. —— ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης.] *Al.* ἄνευθεν ἐμεῖο, Ἀθηναίης τ'.

Ibid. —— ἀγελείης.] Vide suprà ad δ', 128.

Ver. 214. —— Ἑρμείω τε.] *Al.* Ἑρμείαο τε. Quod pronuntiatu idem est.

Ver. 218. Ὣς εἰπὼν, λίπε λαὸν ——· Δῦνε δὲ πόντον.]

Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, et se fluvio Dea condidit alto. *Æn.* XII, 855.

Ver. 220. —— νεφεληγερέτα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ἤδη μὲν γάρ τοι γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
Οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν, ἀλευάμενος χόλον αἰπὺν
Ἡμέτερον· μάλα γάρ κε μάχης ἐπύθοντο καὶ ἄλλοι,
Οἵπερ νέρτεροί εἰσι θεοὶ, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες.
Ἀλλὰ τόδ' ἡμὲν ἐμοὶ πολὺ κέρδιον, ἠδέ οἱ αὐτῷ
Ἔπλετο, ὅττι πάροιθε νεμεσσηθεὶς ὑπόειξε
Χεῖρας ἐμάς· ἐπεὶ οὔ κεν ἀνιδρωτί γ' ἐτελέσθη.
Ἀλλὰ σύ γ' ἐν χείρεσσι λάβ' Αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
Τὴν μάλ' ἐπισσείων, φοβέειν ἥρωας Ἀχαιούς.
Σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, Ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ·
Τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
Φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκωνται·
Κεῖθεν δ' αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε,
Ὥς κε καὶ αὖτις Ἀχαιοὶ ἀναπνεύσωσι πόνοιο.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων·
Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων, ἴρηκι ἐοικὼς
Ὠκέϊ, φασσοφόνῳ, ὅστ' ὤκιστος πετεηνῶν·
Εὗρ' υἱὸν Πριάμοιο δαΐφρονος, Ἕκτορα δῖον,

"Jam enim terram-cingens terrae-quassator
"Abiit in mare vastum, evitans iram gravem
"Nostram: nam omninò alioqui pugnam audiissent et alii,
"Etiam qui inferi sunt dii, Saturnum circa existentes.
"Sed hoc et mihi multò satius, et illi ipsi
"Est; quòd antè veritus cessit
"Manus meas: quippe haud sine-sudore perfecta-fuisset-*res*.
"Sed tu quidem manibus accipe Aegidem fimbriatam,
"Quâ admodùm incussâ terreas heroas Achivos.
"Tibi verò ipsi curae sit, *ô Apollo* è-longinquo-feriens, illustris Hector:
"Tantisper enim ei excita robur magnum, dum Achivi
"Fugientes ad navesque et Hellespontum pervenerint:
"Exindè verò ipse ego consultabo opereque verbisque,
"Ut et vicissim Achivi respirent à labore."
Sic dixit: neque sanè patri non-obsequutus est Apollo:
Descendit verò ab Idaeis montibus, accipitri similis
Celeri, columbarum-occisori, qui celerrimus volucrum:
Invenit filium Priami bellicosi Hectorem nobilem

Ver. 225. —— νέρτεροι.] *Al.* ἐνέρτεροι.

Ver. 226. ——— ἐμοὶ ———, ἠδέ οἱ αὐτῷ.] Ἐμοὶ μὲν, διὰ τὸ μὴ τιμωρήσασθαι ἐκείνῳ δὲ, διὰ τὸ μὴ βληθῆναι. Τὸ γὰρ "ἀνιδρωτὶ," ἐπὶ Ποσειδῶνος κεῖται. Schol. inedita, in Cod. *Harleiano*, à *Th. Bentleio* communicata.

Ver. 227. ——— νεμεσσηθεὶς ὑπόειξε Χεῖρας ἐμάς.] Νεμεσσηθεὶς, —— εὐλαβηθεὶς τὴν νέμεσιν. Τὸ δὲ, χεῖρας ἐμὰς, μετὰ τοῦ νεμεσσηθεὶς συντακτέον μᾶλλον, ἤπερ μετὰ τοῦ ὑπόειξεν. *Eustath.*

Ver. 230. Τὴν μάλ'.] Cod. *Harleian.* Τῇ μάλ'· Scholia ibidem, inedita; Διὰ ταύτης.

Ver. 232. —— οὖν.] *Ut dixi; Ut decrevi; Ut statui* ———.

Ver. 234. —— φράσομαι.] Vide suprà ad ά, 140.

Ibid. —— ἔργον τε ἔπος τε.] Vide suprà ad ά, 395.

Ver 235. Ὥς κε.] *Al.* Ὥστε.

Ver. 236. —— ἄρα] *Ut solitus erat; Ut æquum erat; Ut par erat* ———.

Ver. 238. —— ὅστ'.] *Qui utique,* ———.

Ver. 239. Εὗρ' υἱὸν.] Constructio hæc asyndetos, *celeritatem* optimè depingit proficiscentis.

Ἥμενον, οὐδ' ἔτι κεῖτο· νέον δ' ἐσαγείρατο θυμὸν,
Ἀμφὶ ἓ γιγνώσκων ἑτάρους· ἀτὰρ ἆσθμα καὶ ἱδρὼς
Παύετ', ἐπεί μιν ἔγειρε Διὸς νόος αἰγιόχοιο.
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, υἱὲ Πριάμοιο, τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων
Ἧσ' ὀλιγηπελέων; ἦ πού τί σε κῆδος ἱκάνει;
Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
Τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριστε θεῶν, ὅς μ' εἴρεαι ἄντην;
Οὐκ ἀΐεις, ὅ με νηυσὶν ἔπι πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν,
Οὓς ἑτάρους ὀλέκοντα, βοὴν ἀγαθὸς βάλεν Αἴας
Χερμαδίῳ πρὸς στῆθος, ἔπαυσε δὲ θούριδος ἀλκῆς;
Καὶ δὴ ἔγωγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο
Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι, ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Θάρσει νῦν, τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων
Ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον· ὅς σε πάρος περ

Sedentem; neque ampliùs jacebat; modò autem collegerat animum,
Circum se agnoscens socios: anhelitus verò et sudor
Cessârat, quandò ipsum reficiebat Jovis voluntas Aegiochi.
Propè autem stans allocutus est longè-jaculans Apollo:
" Hector, fili Priami, curnam tu seorsùm ab aliis
" Sedes viribus-defectus? nunquid aliquis te dolor invasit?"
Hunc autem languidus allocutus est pugnam-expeditè-ciens Hector:
" Quisnam verò tu es, optime deorum, qui me interrogas coram?
" Non audis, quòd me navium ad puppes Achivorum,
" Suos socios perdentem, pugnâ strenuus percussit Ajax
" Saxo in pectus, cessareque *me* fecit ab animosâ fortitudine?
" Et sanè ego putabam *me* mortuos et domum Plutonis
" Die hoc visurum; quippe charam expirabam animam."
Hunc autem vicissim allocutus est rex è-longinquo-feriens Apollo:
" Confide nunc, talem tibi adjutorem Saturnius
" Ex Idâ misit, astare *tibi* et auxiliari,
" Phoebum Apollinem aureo-gladio-conspicuum; qui te etiam anteà

Εὗρε Λυκάονος υἱὸν ——— δ', 89.
Εὗρ' υἱὸν Πιτιῶο ——— δ', 327.
Εὗρε Λυκάονος ——— ι', 169.

Ver. 240. —— ἐσαγείρατο.] Cod. *Harleian.* ἐσαγείρετο.

Ver. 243. —— ἑκάεργος.] Vide suprà ad ά, 43 et 58.

Ver. 244. —— νόσφιν.] Vide suprà ad ά, 349.

Ver. 245. Ἧσ'.] Vide suprà ad ά, 565. et ad β', 191.

Ver. 248. — ὅ με.] Vide suprà ad ά, 537.

Ver. 249. —— βοὴν ἀγαθός.] Vide suprà ad β', 408.

Ver. 252. —— ἄϊον ἦτορ.] "*Doricè,*" inquit *Barnesius,* "*pro ἤϊον· unde et Prior* "*longa, aliàs brevis.*" At *Dorica* ista, Homero prorsùs ignota. Ἀΐω, vocalem primam habet *longam;* ut liquet ex versu quem citat ipse Barnesius:

Τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω.
Sophocl. Aj. 1263.

Syllaba tamen ista prima *corripi* potest, propter sequentem Vocalem: Quâ de re, vide suprà ad *ver.* 24.

Ver. 256. Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον.] Vide suprà ad ά, 43. et 58.

Armatumque auro ——. *Æn.* III, 517.

Ibid. ——— πάρος περ.] Cod. *Harleian.* πάρος γε.

Ῥύομ', ὁμῶς αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον.
Ἀλλ' ἄγε, νῦν ἱππεῦσιν ἐπότρυνον πολέεσσι,
Νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσιν ἐλαυνέμεν ὠκέας ἵππους·
Αὐτὰρ ἐγὼ προπάροιθε κιὼν, ἵπποισι κέλευθον
Πᾶσαν λειανέω, τρέψω δ' ἥρωας Ἀχαιούς.
Ὣς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.
Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων,
Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς,
Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων·
Ὣς Ἕκτωρ λαιψηρὰ πόδας καὶ γούνατ' ἐνώμα,
Ὀτρύνων ἱππῆας, ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυεν αὐδήν.
Οἱ δ' ὥστ' ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα
Ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται·

" Tueri-soleo, simul ipsumque et excelsam urbem.
" Sed age, nunc equites exhortare numerosos,
" Naves ad cavas ut agant veloces equos:
" At ego antè iens, equis viam
" Omnem complanabo, et vertam-in-fugam heroas Achivos."
Sic locutus, inspiravit robur magnum pastori populorum.
Ut verò cum stabulatus equus, hordeo-pastus ad praesepe,
Vinculo rupto currit per campum terram-pedibus-pulsans,
Consuetus lavari *in* pulchrè-fluenti fluvio,
Superbiens; altè verò caput fert, circùmque jubae
Humeros motantur; ipse autem pulchritudine-*corporis* fretus,
Facile ipsum genua ferunt ad loca-consueta et pascua equarum:
Sic Hector celeritèr pedes et genua movebat,
Concitans equites, postquam dei audivit vocem.
Sicuti verò vel in cervum cornutum, vel sylvestrem capram,
Incitatè-feruntur canesque et viri rustici;

Ver. 260. — ἐγὼ —— κέλευθον Πᾶσαν λειανέω.] Sol nimirùm verno tempore vias exsiccat et reficit.

Ver. 262. —— ἔμπνευσε μένος μέγα.] Vide suprà ad ν', 44. et ad κ', 482. et ad ε', 185.

Ver. 263 — 268. Ὡς δ' ὅτε τις ——— Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει —, καὶ νομὸν ἵππων.] Pro δεσμὸν ἀποῤῥήξας, et θείει, alii habent, δεσμὰ διαῤῥήξας, et θέει vel θείῃ. Cæterùm de toto hoc loco, vide suprà ad ζ', 506 — 511. Ubi iidem sex versus repetuntur, *Paridemque* luxuriantem et jactabundum illic paulò etiam aptiùs describunt, quàm *Hectorem* hìc ex vulnere gravissimo nuperrimè refectum. Quam ob causam, οἱ παλαιοὶ, inquit *Eustathius*, δύο στίχους ἐνταῦθα μόνους ἐκ τῆς παραβολῆς δέχονται, τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ· τοὺς δὲ τέσσαρας ὀβελίζουσι, παρατιθέντες τῷ ὀβελῷ καὶ Ἀστερίσκον, ὡς ἀλλαχοῦ κάλλιστα κειμένων τῶν τοιούτων ἐπῶν, καὶ μὴ ἐνταῦθα. Atquè hæc quidem rectè ex *Eustathio* exhibuit *Gallicè* Domina *Dacier*. Eadem autem deinceps ex sermone *Gallico*, propter clausulam errore Typographi malè interpunctam, *Anglicè* ita vertit *Popius*, ut dicat ex hisce *sex* versiculis Antiquos, hoc quidem in loco, *duos* tantùm *et quatuor* retinuisse.

Ver. 271. Οἱ δ' ὥστ'.] Ita Vulgati. *Mihi* ad orationis elegantiam spectandam pertinere videtur, ut scribatur Οἱ δ', ὥστ' ——. Nempè ut vox Δαναοὶ, *ver.* 277. repetitio intelligatur hujus Οἱ δ'. Quod proinde hoc in loco rectè verti poterit, *Danai autem*, ——.

Ibid. — κεραὸν, ἢ.] Vide suprà ad α', 51.

Ver. 272. Ἐσσεύοντο.] *Irruere solent; Persequi solent* ——. Vide suprà ad γ', 84. et ad α', 57.

Τὸν μέν τ᾽ ἠλίβατος πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη
Εἰρύσατ᾽, οὐδ᾽ ἄρα τέ σφι κιχήμεναι αἴσιμον ἦεν·
Τῶν δέ θ᾽ ὑπαὶ ἰαχῆς ἐφάνη λῖς ἠϋγένειος
Εἰς ὁδὸν, αἶψα δὲ πάντας ἀπέτραπε καὶ μεμαῶτας·
Ὣς Δαναοὶ, εἵως μὲν, ὁμιλαδὸν αἰὲν ἕποντο,
Νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν·
Αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδον Ἕκτορ᾽ ἐποιχόμενον στίχας ἀνδρῶν,
Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.
Τοῖσι δ᾽ ἔπειτ᾽ ἀγόρευε Θόας, Ἀνδραίμονος υἱὸς,
Αἰτωλῶν ὄχ᾽ ἄριστος, ἐπιστάμενος μὲν ἄκοντι,
Ἐσθλὸς δ᾽ ἐν σταδίῃ· ἀγορῇ δέ ἑ παῦροι Ἀχαιῶν
Νίκων, ὁππότε κοῦροι ἐρίσσειαν περὶ μύθων·
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·
Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ᾽ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Οἷον δ᾽ αὖτ᾽ ἐξαῦτις ἀνέστη, κῆρας ἀλύξας,
Ἕκτωρ· ἦ θήν μιν μάλα ἔλπετο θυμὸς ἑκάστου,
Χερσὶν ὑπ᾽ Αἴαντος θανέειν Τελαμωνιάδαο·
Ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐῤῥύσατο καὶ ἐσάωσεν
Ἕκτορ᾽, ὃ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ᾽ ἔλυσεν·
Ὡς καὶ νῦν ἔσσεσθαι ὀΐομαι· οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται, ὧδε μενοινῶν.

Atque hunc quidem excelsa petra et densè-umbrosa sylva
Servat, neque enim ipsis *eum* prehendere in-fatis erat;
Horum autem clamore-*excitatus* apparet leo maxillis-terribilibus
Ad viam, statimque omnes avertit, ardentèr licèt persequentes;
Sic Danai, hactenùs quidem, catervatim perpetuò sequebantur,
Ferientes ensibusque et hastis utrinque-acutis:
Sed postquam viderunt Hectorem obeuntem ordines virorum,
Metu-perculsi sunt, omnibusque in pedes decidit animus.
Iis autem dein concionatus est Thoas, Andraemonis filius,
Aetolorum longè praestantissimus, peritus quidem jaculo-*pugnandi*,
Strenuusque etiam in statariâ *pugnâ*; concione verò ipsum pauci Achivorum
Vincebant, quandò juvenes contenderent de eloquentiâ:
Qui *utique* inter illos prudens concionatus est et dixit:
" O dii, profectò ingens miraculum hoc oculis video:
" Cùm ita jam de integro exsurrexit, morte evitatâ,
" Hector: Atqui ipsum omninò sperabat animus cujusque,
" Manibus sub Ajacis mortuum esse Telamoniadae:
" Sed aliquis rursùs deorum liberavit et servavit
" Hectorem, qui profectò multorum Danaorum genua solvit:
" Quemadmodum et nunc itidem-fore puto; non enim sine
" Jove altitonante primus-inter-pugnatores stat, adeò animo-incitatus.

Ver. 273. — ὕλη.] Vide suprà ad γ΄, 151.

Ver. 274. ——— οὐδ᾽ ἄρα τέ.] *Ac proinde non* ———.

Ver. 276. —— μεμαῶτας.] Vide suprà ad γ΄, 46.

Ver. 290. — ἐῤῥύσατο.] *Al.* ἐῤῥύσσατο, *vel* εἰρύσσατο.

Ver. 291. — ὃ δὴ.] *Qui sane; qui profectò*, —.

Ibid. — Δαναῶν.] Ἀνδρῶν, MSS. *Florentin.* et *Vatican.* à *Tho. Bentleio* collati.

Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες·
Πληθὺν μὲν προτὶ νῆας ἀνώξομεν ἀπονέεσθαι·
Αὐτοὶ δ', ὅσσοι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ εὐχόμεθ' εἶναι,
Στείομεν, εἴ κε πρῶτον ἐρύξομεν ἀντιάσαντες,
Δούρατ' ἀνασχόμενοι· τὸν δ' οἴω καὶ μεμαῶτα
Θυμῷ δείσεσθαι Δαναῶν καταδῦναι ὅμιλον.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο.
Οἱ μὲν ἄρ' ἀμφ' Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα,
Τεῦκρον, Μηριόνην τε, Μέγην τ' ἀτάλαντον Ἄρηϊ,
Ὑσμίνην ἤρτυνον, ἀριστῆας καλέσαντες,
Ἕκτορι καὶ Τρώεσσιν ἐναντίον· αὐτὰρ ὀπίσσω
Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.
Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες· ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ
Μακρὰ βιβάς· πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Εἱμένος ὤμοιϊν νεφέλην, ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν,
Δεινήν, ἀμφιδάσειαν, ἀριπρεπέ', ἣν ἄρα χαλκεὺς
Ἥφαιστος Διῒ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν·
Τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, ἡγήσατο λαῶν.

"Sed agite, sicut ego dixero, pareamus omnes:
"Multitudinem quidem ad naves jubeamus redire:
"Ipsi verò, quotquot fortissimos in exercitu profitemur *nos* esse,
"Stemus; si quà primùm arcere poterimus, occurrentes
"Hastis cum elevatis; hunc autem puto, ardentem licèt,
"Animo veriturum Danaorum ingredi multitudinem."
Sic dixit: Illique ei maximè quidem auscultârunt et paruerunt.
Itaque Ajax et Idomeneus rex,
Teucer, Merionesque, Megesque par Marti,
Ad pugnam copias-instruebant, proceribus convocatis,
Hectorem et Trojanos contra: sed retrò
Multitudo-*imbecillior* ad naves Achivorum redibant.
Trojani verò priores in-eos-impetum-fecerunt conferti; praeibat autem Hector
Passibus-magnis gradiens; anteibat autem ipsum Phoebus Apollo,
Indutus humeros nube, tenebatque aegidem impetuosè-versatilem,
Horrendam, undique-hirtam, insignem, quam faber
Vulcanus Jovi dederat gestandam, ad fugandos-*in-pugnâ* viros:
Hanc ille in manibus tenens, praeibat copiis.

Ver. 294. —— ἐγὼν.] *Al.* ἐγώ.
Ver. 295. —— προτὶ.] *Al.* ποτί.
Ibid. —— ἀπονέεσθαι.] Vide suprà ad ά, 398.
Ver. 297. —— ἀντιάσαντες.] Vide suprà ad ά, 67.
Ver. 298. —— μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.
Ver. 300. —— ἄρα.] *Ut fit* ——.
Ver. 301. —— Οἱ —— ἀμφ' Αἴαντα.] Vide suprà ad γ', 146. *Al.* Αἴαντι.
Ver. 302. —— ἀτάλαντον.] Vide suprà ad β, 627.
Ver. 305. — ἀπονέοντο.] Vide suprà ad ά, 398.
Ver. 306. — ἄρ'.] *Ut par erat; Ut solebat,* —.
Ver. 307. —— βιβάς· —— δὲ κί'.] *Al.* βιβῶν· —— δ' ἔχε.
Ver. 308. —— αἰγίδα.] *Al.* ἀσπίδα. Quod videtur esse commentum.
Ver. 309. —— ἣν ἄρα.] *Quippe quam; Quam utique,* ——.
Ver. 311. Τὴν ἄρ'.] *Hanc, inquam,* ——.

Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες· ὦρτο δ' ἀϋτὴ
Ὀξεῖ' ἀμφοτέρωθεν· ἀπὸ νευρῆφι δ' ὀϊστοὶ
Θρῶσκον· πολλὰ δὲ δοῦρα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
Ἄλλα μὲν ἐν χροῒ πήγνυτ' ἀρηϊθόων αἰζηῶν·
Πολλὰ δὲ καὶ μεσσηγὺ, πάρος χρόα καλὸν ἐπαυρεῖν,
Ἐν γαίῃ ἵσταντο, λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.
Ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἀτρέμα Φοῖβος Ἀπόλλων,
Τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, πίπτε δὲ λαός·
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατενῶπα ἰδὼν Δαναῶν ταχυπώλων
Σεῖσ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἄϋσε μάλα μέγα, τοῖσι δὲ θυμὸν
Ἐν στήθεσσιν ἔθελξε, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Οἱ δ' ὥστ' ἠὲ βοῶν ἀγέλην, ἢ πῶϋ μέγ' οἰῶν
Θῆρε δύω κλονέουσι, μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ,
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, σημάντορος οὐ παρεόντος·
Ὣς ἐφόβηθεν Ἀχαιοὶ ἀνάλκιδες· ἐν γὰρ Ἀπόλλων
Ἧκε φόβον, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζεν.

Argivi verò, impetum-sustinuerunt conferti; excitatus est autem clamor
Acutus utrinque: à nervis verò sagittae
Exiliebant; multaque hastilia fortibus è manibus,
Alia quidem in corpore figebantur bellicosorum juvenum;
Multa verò et in-medio, antequam corpus pulchrum attingerent,
In terrâ stabant-*fixa*, cupientia corpore se saturare.
Ac quamdiù quidem aegida manibus tenebat immotam Phoebus Apollo,
Tamdiù valdè utrosque tela attingebant, cadebatque populus:
Sed postquam in-vultum rectà-intuens Danaorum equitum-pernicium
Aegidem concussit, ipseque insuper clamavit *voce* admodum ingenti; tum illis animos
In pectoribus debilitavit, oblitique sunt strenuae fortitudinis.
Sicuti autem vel boum armentum, vel gregem magnum ovium
Ferae duae turbant, nigrâ in nocte intempestâ,
Adventu repentino, custode non praesente:
Sic fugati sunt Achivi imbelles: Iis enim Apollo
Immisit terrorem, Trojanis autem et Hectori gloriam dedit.

Ver. 313. —— ἀπὸ νευρῆφι.] Vide suprà ad ν', 588. Cæterùm quâ ratione hîc, ἀπὸ, ultimam producat; item μάλα, *ver.* 321; vide suprà ad ά, 51. n. 8.

Ver. 316. —— καλὸν.] Vide suprà ad β', 43. Alii autem hîc scribunt, λευκόν.

Ver. 317. —— λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.] Ἐν πᾶσι δὲ τὸ Ἐνέργειαν ποιεῖν, εὐδοκιμεῖ· οἷον ἐν τοῖσδε, —— "ἐπιπτέσθαι μενεαίνων" —— καὶ "λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι." Ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις, διὰ τὸ ἔμψυχα εἶναι, ἐνεργοῦντα φαίνεται. *Aristot. Rhetoric. lib.* 3. *cap.* 11. Οἱ ποιηταὶ, —— πρὸς τὰς ἐμφάσεις καὶ τὰς μιμήσεις καὶ ὀνοματοποιΐας, χρῶνται καὶ μεταφοραῖς· —— λέγοντες καὶ τὰ βέλη φέρεσθαι "λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι." *Plutarch. Symposiac. lib.* 9. *Probl.* 15.

Hasta —— altè *bibit* acta cruorem.

Æn. XI, 801.

Ver. 320. —— κατενῶπα ἰδὼν Δαναῶν.] Sol nimirùm Achivis tum fortè oculos perstrinxit.

Ver. 321. —— τοῖσι δὲ.] *Tum verò illis* —. Vide suprà ad ά, 57. ad γ', 200. et ad θ', 160.

Ver. 323. Οἱ δ' ὥστ'.] Οἱ δ', ὥστ'. Vide suprà ad *ver.* 271.

Ver. 324. —— δύω.] Ut intelligantur videlicèt comparatè *Hector* et *Apollo*.

Ibid. —— κλονέουσι.] *Al.* κλονέωσι.

Ver. 326. —— Ὣς ἐφόβηθεν Ἀχαιοὶ ——· ἐν γὰρ Ἀπόλλων Ἧκε φόβον.]

———— hæc cernens, arcum intendebat
Apollo
Desuper: omnis eo terrore ———
———, omnes vertebant terga Sabaei.

Æn. VIII, 704.

Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης·
Ἕκτωρ μὲν Στιχίον τε καὶ Ἀρκεσίλαον ἔπεφνε,
Τὸν μὲν, Βοιωτῶν ἡγήτορα χαλκοχιτώνων·
Τὸν δὲ, Μενεσθῆος μεγαθύμου πιστὸν ἑταῖρον.
Αἰνείας δὲ Μέδοντα καὶ Ἴασον ἐξενάριξεν·
Ἤτοι ὁ μὲν, νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
Ἔσκε Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός· αὐτὰρ ἔναιεν
Ἐν Φυλάκῃ, γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς
Γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·
Ἴασος αὖτ', ἀρχὸς μὲν Ἀθηναίων ἐτέτυκτο,
Υἱὸς δὲ Σφήλοιο καλέσκετο Βουκολίδαο.
Μηκιστῆ δ' ἕλε Πουλυδάμας, Ἐχίον δὲ Πολίτης
Πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ, Κλονίον δ' ἕλε δῖος Ἀγήνωρ.
Δηΐοχον δὲ Πάρις βάλε νείατον ὦμον ὄπισθε,
Φεύγοντ' ἐν προμάχοισι, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν.
Ὄφρ' οἱ τοὺς ἐνάριζον ἀπ' ἔντεα, τόφρα δ' Ἀχαιοὶ
Τάφρῳ, καὶ σκολόπεσσιν, ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ,
Ἔνθα καὶ ἔνθα φέβοντο· δύοντο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ.

Tum verò vir interfecit virum, dissipatâ acie:
Hector quidem Stichiumque et Arcesilaum occidit;
Hunc quidem, Boeotorum ductorem aere-loricatorum;
Illum verò, Menesthei magnanimi fidum socium.
Aeneas autem Medonta et Iasum interfecit:
Ac quidem nothus filius Oïlei divini
Erat Medon, Ajacis frater; habitabat autem
In Phylace terrâ, procul à patriâ, virum cùm occidisset
Fratrem novercae Eriopidis, quam habebat Oïleus:
Iasus verò, dux quidem Atheniensium erat,
Filius autem Spheli vocabatur Bucolidae.
Mecisteum autem occidit Polydamas, Echiumque Polites
Primâ in acie, Cloniumque interemit nobilis Agenor.
Deïochum porrò Paris percussit extremum in humerum à-tergo,
Fugientem inter propugnatores; penitùs autem aes adegit.
Dum *autem* hi illos spoliabant armis, interim Achivi
In fossam et palos delapsi profundam,
Huc et illuc fugiebant, introibantque murum, necessitate-*adacti.*

Ver. 336. —— ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς.] Cod. *Harleian.* ἣν εἶχ' Οἰλεὺς, vel, (ut alii scripserunt, notante *Eustathio,*) Ἰλεύς.

Ver. 338 —— Σφήλοιο καλέσκετο.] Quoniam *Homerus* aliàs scribit καλέεσκον, et καλέεσκε, ideò *Barnesius* et hîc edidit, Σφήλου καλέεσκετο. Quod etsi analogiâ non improbabili, sine codicibus tamen factum non oportuit. Nam quâ ratione οἴχνεσκον, έ, 790. et οἴχνεσκε, hujus libri *ver.* 640. scriptum legimus; eâdem ratione κάλεσκε, et κάλεσκετο scribi potuit. Non, quod commentus est *Barnesius*, ex καλίσκω et οἰχνίσκω, quae nulla sunt; sed ex καλέω et οἰχνέω.

Ver. 339. Μηκιστῆ.] Fortè scripserit *Homerus* Μηκιστέα· Quod et ipsum pronuntiabatur Μηκιστῆ. Attamen Τυδῆ eâdem formâ occurrit, δ', 384; nisi et ibi fortè scribendum Τυδέα, pronuntiandum Τυδῆ. Nam Τυδέα, Θησέα, Πηλέα, et similia, ultimam semper *producunt* necessariò. Vide suprà ad ά, 265.

Ver. 343. —— τόφρα δ'.] *Barnesius* edidit, τόφρ' ἄδ'. Nam, τὸ "Δὲ," *inquit*, παρέλκει. Quod est ineptissimum. Vide suprà ad ά, 57. ad γ', 200. et ad θ', 160.

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας,
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ᾽ ἔναρα βροτόεντα·
"Ὃν δ᾽ ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσσομαι, οὐδέ νυ τόν γε
Γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
Ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο.
Ὣς εἰπὼν, μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους,
Κεκλόμενος Τρώεσσι κατὰ στίχας· οἱ δὲ, σὺν αὐτῷ
Πάντες ὁμοκλήσαντες, ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους,
Ἠχῇ θεσπεσίῃ· προπάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
Ῥεῖ᾽ ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων

Hector autem Trojanos hortabatur, altùm clamans,
In naves ut irruerent, omitterentque spolia sanguinolenta:
" Quem autem, *inquiebat*, ego seorsùm à navibus alibi animadvertero,
" Ibi ei mortem moliar, neque sanè eum
" Fratresque sororesque rogi participem-facient mortuum,
" Sed canes *eum* distrahent ante urbem nostram."
Sic fatus, scuticâ super-humeros feriens-impulit equos,
Adhortans Trojanos per ordines: illi verò, cum ipso
Omnes-minacitèr-clamantes, dirigebant trahentes-currum equos,
Clamore immenso: ante autem Phoebus Apollo
Facile labra fossae profundae pedibus proruens

Ver. 348. Ὃν δ᾽ ἂν ἐγὼν.] Γίνεται δὲ —— καὶ κατὰ πρόσωπα μεταβολὴ, —— ὅταν, τὸ νῦν ἐάσας, ἀφ᾽ ἑτέρου ἐφ᾽ ἕτερον πρόσωπον μεταβῇ· —— Τῷ δὲ μιμητικῷ, κινεῖ καὶ ἄγει τὸν ἀκροώμενον. Οἷόν ἐστιν, —— " Ἕκτωρ δὲ, — Ὃν " δ᾽ ἂν ἐγὼν—." Ἀπὸ γὰρ τοῦ διηγηματικοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ μιμητικόν. *Dion. Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 8. Ἔτι γε μὴν ἔσθ᾽ ὅτε περὶ προσώπου διηγούμενος ὁ συγγραφεὺς, ἐξαίφνης παρενεχθεὶς, εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον [*al.* αὐτοπρόσωπον] ἀντιμεθίσταται· καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον εἶδος, ἐμβολή τις πάθους. " Ἕκτωρ δὲ, — " Ὃν δ᾽ ἂν ἐγὼν—" Οὐκοῦν τὴν μὲν διήγησιν, ἅτε πρέπουσαν, ὁ ποιητὴς προσῆψεν ἑαυτῷ· τὴν δ᾽ ἀπότομον ἀπειλὴν, τῷ θυμῷ τοῦ ἡγεμόνος ἐξαπίνης, οὐδὲν προδηλώσας, περιέθηκεν. Ἐψύχετο γὰρ, εἰ παρενετίθει, " Ἔλεγε δὲ τοῖά τινα, " καὶ τοῖα ὁ Ἕκτωρ." Νυνὶ δὲ ἔφθακεν ἄφνω τὸν μεταβαίνοντα, ἡ τοῦ λόγου μετάβασις. Διὸ καὶ ἡ πρόσχρησις τοῦ σχήματος τότε, ἡνίκα ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν, διαμέλλειν [*al.* διαμένειν] τῷ γράφοντι μὴ διδῷ, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐπαναγκάζῃ μεταβαίνειν ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα. *Longin.* § 27. " Hæc schemata — et convertunt in " se auditorem, nec languere patiuntur, sub- " inde aliquâ notabili figurâ excitatum." *Quintilian. lib.* 9. *cap.* 3. Imitatus est hoc schema *Virgilius*:

——— et cava tempora ferro
Trajicit: " I, verbis virtutem illude su-
" perbis." *Æn.* IX, 634.

Ubi (ut rectè notavit *Tollius*) si, quod reticetur, [" *et subjicit*,"] adjeceris; totus ille indignantis animi impetus, velut injectis pedicis retinebitur infringeturque, omnisque decor sententiæ corrumpetur. Est et aliud (notante eodem *Tollio* ad locum jam è *Longino* citatum,) apud *Horatium*:

——— conspexit, ut aiunt,
Adrasum quendam, vacuâ tonsoris in umbrâ
Cultello proprios purgantem leniter ungues;
" Demetri, puer ———
" —— abi, quære, et refer; unde domo,
" quis?" *Lib.* 1. *Epist.* 7.

Ubi, si itidem illa quæ subintelliguntur, [" *et* " *vocans puerum suum Demetrium, dixit*,"] addideris; quantum sententiæ venustati decessurum sit, facilè advertes.

Ibid. — ἑτέρωθι νοήσω.] *Dionys. Halicarn.* loco jam suprà citato, legit, ἑτέρωσε νοήσω. *Tollius* in *Vaticanis* duobus *Longini* MSS. repperit, ἐθέλοντα νοήσω. " Quod, *inquit*, mi- " hi diutiùs considerandum videtur." At hoc unde acciderit, videre est suprà ad β΄, 391.

Ver. 351. —— κύνες ἐρύουσι.] *Al.* ἐρύσουσι. Cæterùm quâ ratione, κύνες, hîc ultimam producat; item ἔχον, *ver.* 354. et ὦστι, *ver.* 381. vide suprà ad α΄, 51. n. 8.

Ver. 353. —— Τρώεσσι κατὰ.] *Al.* Τρώεσσιν ἐπί.

Ἐς μέσσον κατέβαλλε· γεφύρωσεν δὲ κέλευθον
Μακρὴν, ἠδ' εὐρεῖαν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ
Γίγνεται, ὁππότ' ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἥσει.
Τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο φαλαγγηδὸν, πρὸ δ' Ἀπόλλων,
Αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον· ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν
Ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις ψάμαθον πάϊς ἄγχι θαλάσσης,
Ὅστ' ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν,
Ἂψ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν, ἀθύρων.
Ὥς ῥα σὺ, ἤϊε Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀϊζὺν
Σύγχεας Ἀργείων, αὐτοῖσι δὲ φύζαν ἐνῶρσας.
Ὣς οἱ μὲν παρὰ νηυσὶν ἐρητύοντο μένοντες,
Ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι, καὶ πᾶσι θεοῖσι
Χεῖρας ἀνίσχοντες, μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος.
Νέστωρ αὖτε μάλιστα, Γερήνιος, οὖρος Ἀχαιῶν,
Εὔχετο, χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα·
Ζεῦ πάτερ, εἴποτέ τίς τοι ἐν Ἄργεΐ περ πολυπύρῳ
Ἢ βοὸς, ἢ οἴος κατὰ πίονα μηρία καίων,
Εὔχετο νοστῆσαι, σὺ δ' ὑπέσχεο καὶ κατένευσας·

In medium dejecit; munivitque-tanquam-ponte-facto viam
Longam et latam, quùm-longè hastae jactus
Pertingit, cum vir roboris *sui* periculum-faciens jaculatur.
Hâc *viâ* illi profundebantur turmatim: antè verò *ibat* Apollo,
Aegidem habens venerandam: diruebat autem murum Achivorum
Facilè admodùm, ut cùm quis arenam puer prope mare;
Qui postquam fecerit ludicra-puerilia animo infantis,
Deinceps iterùm destruit pedibus et manibus, lusitans.
Ita tu, arcitenens Phoebe, multum laborem et aerumnam *operosam*
Confudisti Argivorum, ipsisque trepidam-fugam immisisti.
Atque hoc-modo illi quidem ad naves compellebantur *tandem* se sistentes;
Invicemque adhortantes, et omnibus diis
Manus attollentes, altâ-voce vota-faciebant unusquisque.
Nestor autem maximè, Gerenius, custos Achivorum,
Precabatur, manus porrigens coelum versùs stellatum:
" Jupiter pater, si unquam aliquis tibi in Argo tritici-ferace.
" Vel bovis, vel ovis pinguia femora comburens,
" Precatus est ut rediret, tu autem promisisti et annuisti;

Ver. 358. —— ὅσον τ'.] *Quàm longè utique* ———.

Ver. 359. Γίγνεται.] Ita *Barnesius* ex MSS. *Al.* γίνεται. Quod perinde est. Nam et id primam producit.

Ibid. ——— σθένεος πειρώμενος.] Notandus hîc primigenius et maximè proprius *Vocis Mediæ* Usus: *Suarum sibi virium periculum faciens* ———.

Ibid. —— ἥσει.] *Al.* εἶσι' et, ἧσι.

Ver. 363. Ὅστ' ἐπεὶ οὖν.] *Qui videlicèt postquam ex arenâ, quam dixi,* ——.

Ibid. —— ποιήσῃ.] Ita Cod. *Harleianus*; Atque ita edidit *Barnesius* ex duobus MSS. *Al.* ποιήσει. Quæ et ipsa loquendi ratio, *Homero* non inusitata.

Ver. 365. Ὣς ῥα.] *Sic, inquam,* ——.

Ibid. — ἤϊε.] *Al.* ἤιε. Ὅτι πανταχοῦ ἵησιν ὁ ἥλιος τὴν ἀκτῖνα. Vide suprà ad ά, 43 et 75.

Ver. 371. —— οὐρανὸν ἀστερόεντα.]
—stellantis regia cœli. *Æn.* VII, 210.
—cœlum stellis fulgentibus aptum. *Æn.* XI, 202.

Ver. 372. Ζεῦ πάτερ.] Equidem continere me nequeo, quin vocem Romanam *Jupiter*, multò potiùs Ζεὺς πατὴρ esse credam, quàm *Juvans pater*.

Ver. 374. —— νοστῆσαι.] *Al.* νοστήσειν.

Τῶν μνῆσαι, καὶ ἄμυνον, Ὀλύμπιε, νηλεὲς ἦμαρ·
Μηδ' οὕτω Τρώεσσιν ἔα δάμνασθαι Ἀχαιούς.
  Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεὺς,
Ἀράων ἀΐων Νηληϊάδαο γέροντος.
Τρῶες δ', ὡς ἐπύθοντο Διὸς νόον αἰγιόχοιο,
Μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.
Οἱ δ' ὥστε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
Νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, ὁππότ' ἐπείγῃ
Ἲς ἀνέμου· ἡ γάρ τε μάλιστά γε κύματ' ὀφέλλει·
Ὣς Τρῶες μεγάλῃ ἰαχῇ κατὰ τεῖχος ἔβαινον.
Ἵππους δ' εἰσελάσαντες, ἐπὶ πρύμνῃσι μάχοντο,
Ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδὸν, οἱ μὲν ἀφ' ἵππων,
Οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὕψι μελαινάων ἐπιβάντες,
Μακροῖσι ξυστοῖσι, τά ῥά σφ' ἐπὶ νηυσὶν ἔκειτο
Ναύμαχα, κολλήεντα, κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ.
  Πάτροκλος δ', εἵως μὲν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
Τείχεος ἀμφεμάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν,
Τόφρ' ὅγ' ἐνὶ κλισίῃ ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο
Ἧστό τε, καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ

"Horum memento; et arce, Olympie, saevum diem:
"Neque sic à Trojanis sinas domari Achivos."
Sic dixit orans: grande autem intonuit providus Jupiter,
Preces exaudiens Neleïdae senis.
Trojani autem, ut intelligere-sibi-videbantur Jovis voluntatem Aegiochi,
Acriùs in Argivos irruebant, recordabanturque pugnae.
Veluti autem magna unda maris vasti
Navis supra latera *in eam* transcendit, quandò urget
Vis venti; haec enim maximè undas auget:
Sic Trojani magno *cum* clamore per murum scandebant.
Equos autem ubi misissent, intrò ad puppes pugnabant,
Hastis utrinque-acutis cominùs; hi quidem ex curribus,
Illi verò è navibus ex-alto nigris quas conscenderant,
Longis cum contis, qui sibi in navibus jacebant
Ad-navale-proelium-apti, compacti, os induti aere.
Patroclus autem, quamdiù quidem Achivique Trojanique
Murum circa pugnabant, veloces extra naves;
Tamdiu ipse in tentorio virtutem-amantis Eurypyli
Sedebatque, et hunc oblectabat sermonibus; inque vulnere gravi

---

Ver. 377. Ὣς ἔφατ'—· μέγα δ' ἔκτυπε.] Audiit, et coeli genitor de parte serenâ Intonuit lævum.—— *Æn.* IX, 630.

Ibid. —— μητίετα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 379. —— νόον.] Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, κτύπον.

Ver. 381. Οἱ δ' ὥστε.] Οἱ δ', ὥστε—. Vide suprà ad *ver.* 271.

Ver. 383. —— ἡ γάρ τε.] *Etenim ea* ——. Cod. *Harleian.* ἡ γάρ ῥα.

Ver. 386. —— ἀμφιγύοις αὐτοσχεδὸν] Ita Cod. *Harleian.* Atque ita *Barnesius* rectè edidit, ex MSS. tribus. Vulgg. ἀμφιγύοισιν αὐτοσχεδὸν.

Ver. 388. —— τά ῥα.] *Quæ, ut fit; Quæ, ut solitum est*, ——.

Ver. 389. —— στόμα.] *Al* στόμαθ'.

Ver. 392. —— ἐνὶ κλισίῃ ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο.] Suprà, *lib.* λ', 842. et *lib.* μ', 1.

Φάρμακ', ἀκήματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων·
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησε
Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε,
Ὤμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ
Χερσὶ καταπρηνέσσ'· ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα·
Εὐρύπυλ', οὐκέτι τοι δύναμαι, χατέοντί περ ἔμπης,
Ἐνθάδε παρμενέμεν· δὴ γὰρ μέγα νεῖκος ὄρωρεν·
Ἀλλὰ σὲ μὲν θεράπων ποτιτερπέτω· αὐτὰρ ἔγωγε
Σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα, ἵν' ὀτρύνω πολεμίζειν.
Τίς δ' οἶδ', εἴκεν οἱ, σὺν δαίμονι, θυμὸν ὀρίνω
Παρειπών; ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.
Τὸν μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντα πόδες φέρον· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
Τρῶας ἐπερχομένους μένον ἔμπεδον, οὐδὲ δύναντο,
Παυροτέρους περ ἐόντας, ἀπώσασθαι παρὰ νηῶν,
Οὔτε ποτὲ Τρῶες Δαναῶν ἐδύναντο φάλαγγας
Ῥηξάμενοι, κλισίῃσι μιγήμεναι, οὐδὲ νέεσσιν.
Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει

Pharmaca, medelas spargebat atrorum dolorum:
Sed postquam murum impetu-cum-magno-ingressos advertit
Trojanos, ac Danaorum ortus est clamorque fugaque,
Ejulavit utique deinde, et sua percussit femora
Manibus pronis; lugensque, verbum dixit:
" Eurypyle, non ampliùs tecum posse, indigente licèt,
" Hîc manere; sanè enim magnum certamen ortum est:
" Sed te quidem famulus oblectet: at ego
" Festinabo ad Achillem, ut impellam *eum* ad pugnam.
" Quis autem scit, si fortè ei, favente deo, animum moveam
" Admonitu *meo?* Bona utique admonitio est amici."
Atque hunc quidem sic locutum, pedes ferebant: At Achivi
Trojanos ingruentes sustinebant constanter; nec tamen poterant,
Pauciores *illos* licèt existentes, repellere à navibus;
Neque itidem Trojani Danaorum valebant phalangibus
Perruptis, tentoriis se-immiscere neque navibus.
Sed sicuti amussis lignum navale dirigit

Ver. 396. —— *γένετο ἰαχή.*] Vide suprà ad δ', 456.

Ver. 397. —— *καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ.*] Notandus hîc primigenius et maximè proprius *Formæ Mediæ* usus: *Sua sibi percussit femora.*

—— palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat. —— *Æn.* VII, 503.

Ver. 398.—*δ' ἔπος ηὔδα*] *Al. δὲ προσηύδα.*

Ver. 404. — *δὴ γὰρ.*] *Reverà enim; Nam profectò* ——.

Ver. 402. *Σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα.*] Vide suprà ad ν', 324.

Ver. 403. —— *εἴκεν οἱ.*] Quâ ratione hîc, *εἴκεν*, syllabam ultimam, etiam extra cæsuram, producat; vide suprà ad ά, 51. *Παρειπων*, versu sequente, cùm sit vox ex duabus *composita*, priorem simili ratione producit. Vide suprà ad ζ', 62 et 337.

Ver. 405. —— *πόδες φέρον.*]
Quò te, Mœri, pedes? *Virg. Ecl.* IX, 1.
Quod vel hinc liquet non esse sermonem agrestem solummodò, propriumque Rusticorum. Vide *Victorii varias Lection. lib.* 36. *cap.* 3.

Ibid. — *Ἀχαιοὶ Τρῶας — οὐδὲ δύναντο, — οὔτι — Τρῶες Δαναῶν.*] *Εἰκότως ἰσόῤῥοποι ἡ μάχη· Οἱ μὲν γὰρ, ἐλπίδι τοῦ νικᾷν ἐφράξαντο· οἱ δὲ, ἀπογνώσει σωτηρίας, ἱστᾶσιν.* *Schol.*

Ver. 406. — *οὐδὲ δύναντο*] *Al. οὐδ' ἐδύναντο.* Ut infrà, *ver.* 416.

Ver. 407. —— *παρὰ.*] *Al. ἀπό.*

Ver. 408. —— *Οὔτι.*] *Al. Οὐδέ.*

Ver. 409. —— *οὐδὲ.*] *Al. ἠδέ.*

Ver. 410. — *ἐξιθύνει.*] *Al. ἐξιθύνῃ*, et *ζιθύνει.*

Τέκτονος ἐν παλάμησι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
Εὖ εἰδῇ σοφίης, ὑποθημοσύνησιν Ἀθήνης·
Ὣς μὲν τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο πτόλεμός τε.
Ἄλλοι δ᾽ ἀμφ᾽ ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσιν·
Ἕκτωρ δ᾽ ἀντ᾽ Αἴαντος ἐείσατο κυδαλίμοιο.
Τὼ δὲ μιῆς περὶ νηὸς ἔχον πόνον, οὐδ᾽ ἐδύναντο
Οὔθ᾽ ὁ τὸν ἐξελάσαι, καὶ ἐνιπρῆσαι πυρὶ νῆας,
Οὔθ᾽ ὁ τὸν ἂψ ὤσασθαι, ἐπεί ῥ᾽ ἐπέλασσέ γε δαίμων.
Ἔνθ᾽ υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος Αἴας,
Πῦρ ἐς νῆα φέροντα, κατὰ στῆθος βάλε δουρί·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, δαλὸς δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Ἕκτωρ δ᾽ ὡς ἐνόησεν ἀνεψιὸν ὀφθαλμοῖσιν
Ἐν κονίῃσι πεσόντα, νεὼς προπάροιθε μελαίνης,
Τρωσί τε, καὶ Λυκίοισιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας·
Τρῶες, καὶ Λύκιοι, καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταὶ,
Μὴ δή πω χάζεσθε μάχης ἐν στείνεϊ τῷδε·
Ἀλλ᾽ υἷα Κλυτίοιο σαώσατε, μή μιν Ἀχαιοὶ
Τεύχεα συλήσωσι, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.

Fabri in manibus periti, qui totam
Benè callet artem praeceptis Minervae:
Sic quidem horum aequalitèr pugna porrecta erat, proeliumque.
Atque alii quidem circa alias pugnam pugnabant naves:
Hector verò contra Ajacem incessit gloriâ-sublimem.
Hi itaque circa unam navem capiebant *bellicum*-laborem, neque poterant
Neque hic illum vi-abigere, et incendere igni naves;
Neque ille hunc repellere, postquam propè-admôrat Deus.
Tunc filium Clytii Caletorem illustris Ajax,
Ignem in navem ferentem, ad pectus percussit hastâ:
Fragorem verò edidit cadens, torrisque ei excidit manu.
Hector autem ut advertit consobrinum oculis *suis*
In pulvere procubuisse, navem ante nigram;
Trojanosque et Lycios adhortatus est, altùm clamans:
" Trojani, et Lycii, et Dardani cominùs-pugnantes,
" Ne quà jam recedatis à pugnâ in angustiâ hâc:
" Sed filium Clytii servate, ne ei Achivi
" Arma detrahant in certamine ad naves *humi* delapso."

Ver. 411. —— ὅς ῥά τε.] *Qui utique* ——.

Ver. 412. —— εἰδῇ.] *Al.* εἰδώς.

Ver. 413. — μάχη — πτόλεμός τε.] Vide suprà ad ή, 232. 279.

Ver. 415. Ἕκτωρ δ᾽ ἀντ᾽ Αἴαντος.] Ἀκέσασθαι τὴν ἧτταν (suprà, ξ', 418.) θέλει, ὑπὸ τῶν θεῶν ἐπικουρούμενος. *Schol. MS. apud Barnesium.*

Ver. 418. — ἐπεί ῥά — γε.] *Quando quidem; Quoniam videlicèt* ——.

Ver. 419. —— Καλήτορα— Πῦρ— φέροντα— βάλε.]

Ardentes tædas alii ad fastigia jactant.
Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis,
Lucetium, portæ subeuntem *ignesque ferentem*,
—— sternit ——. *Æn.* IX, 568.

Ver. 421. Δούπησεν.] Vide suprà ad ν', 181.

Ver. 423. Ἐν κονίῃσι πεσόντα.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 426. Μὴ δή πω.] *Nequaquam, quæso* ——. Vide suprà ad ξ', 433.

Ὣς εἰπὼν, Αἴαντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
Τοῦ μὲν ἅμαρθ'· ὁ δ' ἔπειτα Λυκόφρονα, Μάστορος υἱὸν,
Αἴαντος θεράποντα, Κυθήριον, ὅς ῥα παρ' αὐτῷ
Ναῖ', ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισι·
Τόν ῥ' ἔβαλεν κεφαλὴν ὑπὲρ οὔατος ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἑσταότ' ἄγχ' Αἴαντος· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
Νηὸς ἀπὸ πρύμνης χαμάδις πέσε· λῦντο δὲ γυῖα.
Αἴας δ' ἐῤῥίγησε, κασίγνητον δὲ προσηύδα·
Τεῦκρε πέπον, δὴ νῶϊν ἀπέκτατο πιστὸς ἑταῖρος
Μαστορίδης, ὃν νῶϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα,
Ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν ἐν μεγάροισι·
Τὸν δ' Ἕκτωρ μεγάθυμος ἀπέκτανε· ποῦ νύ τοι ἰοὶ
Ὠκύμοροι, καὶ τόξον, ὅ τοι πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων;
Ὣς φάθ'· ὁ δὲ ξυνέηκε· θέων δέ οἱ ἄγχι παρέστη,
Τόξον ἔχων ἐν χειρὶ παλίντονον, ἠδὲ φαρέτρην
Ἰοδόκον· μάλα δ' ὦκα βέλεα Τρώεσσιν ἐφίει·
Καί ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον, Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱὸν,
Πουλυδάμαντος ἑταῖρον, ἀγαυοῦ Πανθοίδαο,
Ἡνία χερσὶν ἔχοντα· ὁ μὲν πεπόνητο καθ' ἵππους·

Sic fatus, in Ajacem jaculatus est hastâ fulgenti:
Atque ab eo quidem aberravit: ac deinde Lycophronem, Mastoris filium,
Ajacis famulum, Cytherium, qui cum illo
Habitabat, quoniam virum interfecerat Cytheris inclytis;
Hunc utique percussit caput super aurem acutâ hastâ,
Stantem prope Ajacem: hic autem supinus in pulvere
Navis à puppe humi decidit: solutaque sunt *ei* membra.
Ajax autem exhorruit, fratremque allocutus est:
" Teucer dulcissime, sanè nobis interfectus est fidus socius
" Mastorides; quem nos, Cytheris huc profectum,
" Aequè-ac charos parentes honorabamus in aedibus;
" Hunc autem Hector fortis occidit: ubinam jam tibi sagittae
" Letiferae, et arcus, quem tibi dedit Phoebus Apollo?"
Sic dixit: hic autem intellexit: currensque ei propè astitit
Arcum tenens in manu resilientem, atque pharetram
Sagittiferam; perquàm autem citò sagittas Trojanis immittebat;
Et percussit Clitum Pisenoris illustrem filium,
Polydamantis socium, praeclari Panthoedae,
Fraena manibus tenentem: hic quidem exercebatur equis-regendis;

Ver. 429. — ἀκόντισε.] Vide suprà ad ά, 140.
Ver. 433. Τόν ῥ'.] *Hunc inquam*, ——.
Ver. 437. —— δή.] *Profectò* ——.
Ver. 440. —— ποῦ νύ τοι ἰοί.]
Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοὶ,
Καὶ κλέος; ———————— έ, 171.
—— Ubi nunc nobis Deus ille magister
Nequicquam memoratus —— ? Ubi fama per omnem
Trinacriam —— ? *Æn.* V, 591.
Ver. 444. —— βέλεα.] Ita Cod. *Harleianus.* Atque ita edidit *Barnesius* ex MS. Rectè, et secundum usitatam *Homero* scribendi rationem. *Vulgg.* βέλη· quomodò scilicèt et ipsum βέλεα pronuntiabatur.
Ver. 447. —— ὁ μὲν ——· τάχα δ'.] Respondent hîc ita inter se, ὁ et δέ· ut interpositum istud, Τῇ γάρ —— χαριζόμενος, tanquam Parenthesi inclusum intelligatur.

Τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ ῥα πολὺ πλεῖσται κλονέοντο φάλαγγες,
Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ
Ἦλθε κακὸν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν, ἱεμένῳ περ·
Αὐχένι γάρ οἱ ὄπισθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός·
Ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι,
Κείν' ὄχεα κροτέοντες· ἄναξ δ' ἐνόησε τάχιστα
Πουλυδάμας, καὶ πρῶτος ἐναντίον ἤλυθεν ἵππων.
Τοὺς μὲν ὅγ' Ἀστυνόῳ, Προτιάονος υἱέϊ, δῶκε·
Πολλὰ δ' ἐπώτρυνε σχεδὸν ἴσχειν εἰσορόωντα
Ἵππους· αὐτὸς δ' αὖτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη.
Τεῦκρος δ' ἄλλον ὀϊστὸν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ
Αἴνυτο, καί κεν ἔπαυσε μάχης ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,
Εἴ μιν ἀριστεύοντα βαλὼν ἐξείλετο θυμόν·
Ἀλλ' οὐ λῆθε Διὸς πυκινὸν νόον, ὅς ῥ' ἐφύλασσεν
Ἕκτορ', ἀτὰρ Τεῦκρον Τελαμώνιον εὖχος ἀπηύρα,
Ὅς οἱ ἐΰστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ

Eà enim dirigebat, quà multò plurimae turbabantur phalanges,
Hectori et Trojanis gratificans: statim verò ei
Venit malum, quod ab eo nemo arcuit, ardenti licèt:
Cervici enim ejus à tergo luctuosa incidit sagitta:
Decidit autem de curribus, retrocesseruntque ejus equi,
Vacuos currus succutientes-magno-cum-sonitu: Rex verò sensit citissimè
Polydamas, et primus obviàm venit equis.
Atque hos quidem ille Astynoo, Protiaonis filio, dedit:
Multisque *eum* hortabatur propè *se* tenere in conspectu
Equos: ipse autem rursùs profectus primis-pugnatoribus mistus est.
Teucer autem aliam sagittam in Hectorem aere-armatum
Depromebat, et repressisset quidem *eum* à pugnâ prope naves Achivorum,
Quandoquidem ei pugnanti-fortissimè sagittâ-assecutus eripuisset animam:
Sed non latuit Jovis prudentem mentem, qui custodiebat
Hectorem, Teucrumque Telamonium gloriâ privavit,
Qui *scilicèt* ei scitè-tortum nervum in eximio arcu

Ver. 448. Τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ ῥα πολὺ πλεῖσται.] ———— in hostes
Irruit; et, quà tela videt densissima, tendit. *Æn.* IX, 554.

Ver. 450. —— ἱεμένῳ περ.] *Schol.* σπεύδοντι· *Al.* ἱεμένων περ.

Ver. 451. — Αὐχένι γάρ οἱ.] Quâ ratione, γὰρ, hîc producatur; item ὅς, et ἐΰστρεφέα, *ver.* 463. et δὲ, *ver.* 478. et γάρ, *ver.* 488. vide suprà ad ά, 51. n. 8. 10.

Ibid. — ὄπισθε —— ἔμπεσεν.] *Schol.* Ἀποστρεφόντων τὰ ἅρματα τῶν Τρώων, πρὸς τὸ ἐξ ἴσου πολεμεῖν ἐπιβεβηκόσιν τῶν νεῶν τοῖς Ἕλλησιν, οὕτως ὁ ἡνίοχος τετραμμένος πρὸς τοὺς ἵππους βέβληται κατὰ τοῦ αὐχένος. Meliùs et simpliciùs, ut mihi quidem videtur, Domina *Dacier*, juveni hoc *præcipiti*, et *quoquoversùm* equis incitatis *discurrenti*, accidisse comminiscitur.

Ver. 454. —— πρῶτος ἐναντίον.] *Al.* πρῶτος ἐναντίος. Sed πρῶτος ἐναντίον, auribus magis placet.

Ibid. — ἤλυθεν.] Postulat Temporum ratio, ut sit ἤλυθεν hîc ab Aoristo ἤλυθον, non à Præterito (quod vocant) ἤλυθα. Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 461. —— ὅς ῥ' ἐφύλασσεν.] Si istud, ἐφύλασσε, referatur ad ea quæ hîc *sequuntur*; tum, ὅς ῥα, illud erit quod Latinè dicitur, "*qui utique*" ——. Sin, ἐφύλασσε, referas ad ea quæ *præcesserunt*, *ver.* 254, 255. tum erit "*ὅς ῥα, qui, ut dictum est.*" ———

Ver. 463. —— Ὅς οἱ.] *Al.* Ὅς ῥ' οἱ.

Ibid. — ἐΰστρεφέα.] Quibus vocabulis *Ge-*

Ῥῆξ' ἐπὶ τῷ ἐρύοντι· παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ
Ἰὸς χαλκοβαρὴς, τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Τεῦκρος δ' ἐῤῥίγησε, κασίγνητον δὲ προσηύδα·
Ὢ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
Δαίμων ἡμετέρης, ὅ,τέ μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός·
Νευρὴν δ' ἐξέῤῥηξε νεόστροφον, ἥν οἱ ἔδησα
Πρώϊον, ὄφρ' ἀνέχοιτο θαμὰ θρώσκοντας ὀϊστούς.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
Ὦ πέπον, ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα καὶ ταρφέας ἰοὺς
Κεῖσθαι, ἐπεὶ συνέχευε θεὸς, Δαναοῖσι μεγήρας·
Αὐτὰρ χερσὶν ἑλὼν δολιχὸν δόρυ, καὶ σάκος ὤμῳ,
Μάρναό τε Τρώεσσι, καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς.
Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε, δαμασσάμενοί περ, ἕλοιεν
Νῆας ἐϋσσέλμους, ἀλλὰ μνησώμεθα χάρμης.
Ὣς φάθ'· ὁ δὲ τόξον μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ἔθηκεν·
Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφ' ὤμοισι σάκος θέτο τετραθέλυμνον·
Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν,
Ἵππουριν, δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν·

Rupit in *Hectorem* trahenti; detorquebatur autem ei aliò
Sagitta aere-gravis, arcusque ei excidit è manu.
Teucer verò cohorruit, fratremque allocutus est:
" Eheu, certè jam penitùs pugnae consilia praecidit
" Deus nostrae, qui mihi arcum excussit manu;
" Nervum autem disrupit recèns-tortum, quem ei illigaveram
" Hodiè-manè, ut sustineret crebrò exilientes sagittas."
Huic autem respondit deindè magnus Telamonius Ajax:
" O amice, quin *tu* arcum quidem sine, et crebras sagittas
" Jacere; quoniam confregit deus, Danais invidens:
" Sed manibus sumptâ longâ hastâ, et scutum *ferens* humero,
" Pugnaque *ipse* in Trojanos, et caeteras excita copias:
" Ne sinè-labore saltem, victores licèt, capiant
" Naves bonis-transtris-instructas; sed recordemur pugnae."
Sic dixit: ille verò arcum quidem in tentoriis reposuit:
Ac circum humeros scutum sibi-cepit quadruplex;
Capitique forti galeam scitè factam imposuit,
Equinis-setis-comantem, terribilitèr autem *et* crista desuper nutabat:

---

nitivus fit —— έως, iisdem *Accusativus* itidem fit έᾱ. Vide ad ά, 265. et ad ν', 46. Quibus autem *Genitivus* fit — έος, iisdem et *Accusativus* fit pariter — έᾰ. Quare ᾰ breve quo pacto hîc producatur, vide suprà ad ά, 51.

Ver. 468. ——— ὅ,τέ.] *Qui scilicet; Qui utique* ———.

Ver. 469. —— ἥν οἱ ἔδησα.] *Al.* ἐνέδησα.

Ver. 472.— ἔα — Κεῖσθαι.] Respondet Græcum ἐάω, Latino "*sino:*" Unde, eodem significatu, (inusitatum "*pŏsino,*" contractum in) "*pōno:*" Quod proinde primam producit, quum *pŏsui* et *pŏsitus* corripiantur. Etymologici ineptè deducunt ex πονῶ.

Ver. 475. — ὄρνυθι.] Quâ analogiâ fit δίδου, δίδοθι, eâdem analogiâ fit ὄρνῡ, ὄρνῠθι. Nec in his ullus unquam est Licentiæ locus. Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 477. — μνησώμεθα.] *Al.* μνησαίμεθα.

Ver. 478. — ὁ δὲ.] "*Et* δὴ," inquit *Barnesius*, "*scribi potest.*" Quod quàm ineptè sit dictum, sentiet quisquis Latinè, pro "*ille* "*verò,*" scripserit "*ille sanè.*"

Ver. 481.] Deest hic versus in plurimis MSS.

Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
Βῆ δ' ἰέναι, μάλα δ' ὦκα θέων Αἴαντι παρέστη.
Ἕκτωρ δ' ὡς εἶδεν Τεύκρου βλαφθέντα βέλεμνα·
Τρωσί τε καὶ Λυκίοισιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας·
  Τρῶες, καὶ Λύκιοι, καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταὶ,
Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς,
Νῆας ἀνὰ γλαφυράς· δὴ γὰρ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
Ἀνδρὸς ἀριστῆος Διόθεν βλαφθέντα βέλεμνα.
Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος Διὸς ἀνδράσι γίνεται ἀλκὴ,
Ἠμὲν ὁτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ,
Ἠδ' ὅτινας μινύθῃ τε, καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν·
Ὡς νῦν Ἀργείων μινύθει μένος, ἄμμι δ' ἀρήγει.
Ἀλλὰ μάχεσθ' ἐπὶ νηυσὶν ἀολλέες· ὃς δέ κεν ὑμέων
Βλήμενος, ἠὲ τυπεὶς, θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
Τεθνάτω· οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
Τεθνάμεν· ἀλλ' ἄλοχός τε σόη καὶ παῖδες ὀπίσσω,
Καὶ οἶκος, καὶ κλῆρος ἀκήρατος· εἴκεν Ἀχαιοὶ
Οἴχωνται σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
  Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.

Sumpsit autem *et* validam hastam, praefixam acuto aere;
Perrexitque ire, admodumque celeritèr currens Ajaci astitit.
Hector autem, ut vidit Teucri inutiles-factas sagittas;
Trojanosque et Lycios adhortatus est, altùm clamans:
"Trojani, et Lycii, et Dardani cominùs-pugnantes,
"Viri estote, amici, recordaminique strenuae fortitudinis,
"Naves ad cavas: jam enim vidi oculis
"Viri primarii à Jove inutiles-factas sagittas.
"Admodùm utique facilis-agnitu Jovis hominibus est potentia,
"Tum quibus gloriam superiorem dederit,
"Tum quos minuat, et nolit defendere:
"Sicut nunc Argivorum minuit robur, nobisque auxiliatur.
"Sed pugnate ad naves conferti: Qui autem vestrûm
"Vulneratus eminùs vel cominùs, mortem et fatum assecutus fuerit,
"Moriatur: Non ei indecorum *erit* pugnanti pro patriâ
"Mori; at uxorque salva *erit*, et filii in-posterum,
"Et domus, et patrimonium integrum; siquidem Achivi
"Abeant cum navibus dilectam in patriam terram."
Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque.

Ver. 488. —— δὴ γὰρ ἴδον.] *Certè enim* —. Vide suprà ad ξ', 453. 504. et ad β', 158. *Barnesius* legi hìc et, δὴ γάρ ῥ' ἴδον, annotat. Sed nihil opus.

Ver. 491. —— ἐγγυαλίξῃ, — μινύθῃ τε.] *Al.* ἐγγυαλίξει, — μινύθει τε. Minùs rectè: Ut liquet ex sequenti ἐθέλῃσιν notante *Barnesio*.

Ver. 494. —— νηυσὶν ἀολλέες.] *Al.* νηυσὶ διαμπερές.

Ver. 496. —— οὔ —— ἀεικὲς.] Vide suprà ad *ver.* 11.

Dulce et decorum est, pro patriâ mori.
Horat.

———— pulchrumque mori succurrit in armis.
Æn. II, 317.

Ver. 497. —— καὶ παῖδες ὀπίσσω.] Καλὴ δὲ καὶ ἡ προσθήκη τοῦ "ὀπίσσω," αἰώνιον διαδοχὴν τοῦ γένους παριστᾶσα. *Schol. Victorian.*

Ver. 499. —— Οἴχωνται.] *Al.* Οἴχονται. Id quod spem indicat *firmiorem*: Sed cum praecedente, εἴκεν, minus aptè congruit.

Αἴας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισιν·
Αἰδὼς, Ἀργεῖοι· νῦν ἄρκιον, ἢ ἀπολέσθαι,
Ἠὲ σαωθῆναι, καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν.
Ἦ ἔλπεσθ', ἢν νῆας ἕλῃ κορυθαιόλος Ἕκτωρ,
Ἐμβαδὸν ἵξεσθαι ἣν πατρίδα γαῖαν ἕκαστος;
Ἦ οὐκ ὀτρύνοντος ἀκούετε λαὸν ἅπαντα
Ἕκτορος, ὃς δὴ νῆας ἐνιπρῆσαι μενεαίνει;
Οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν, ἀλλὰ μάχεσθαι.
Ἡμῖν δ' οὔτις τοῦδε νόος καὶ μῆτις ἀμείνων,
Ἢ αὐτοσχεδίην μῖξαι χεῖράς τε μένος τε.
Βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Ὧδ' αὔτως παρὰ νηυσὶν, ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισιν.
Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Ἔνθ' Ἕκτωρ μὲν ἕλε Σχεδίον, Περιμήδεος υἱὸν,
Ἀρχὸν Φωκήων· Αἴας δ' ἕλε Λαοδάμαντα,
Ἡγεμόνα πρυλέων, Ἀντήνορος ἀγλαὸν υἱόν·
Πουλυδάμας δ' Ὦτον Κυλλήνιον ἐξενάριξε,
Φυλείδεω ἕταρον, μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν.

Ajax verò vicissim ex-alterâ-parte hortatus est suos socios:
" *Proh* pudor, Argivi! Nunc satius *fuerit*, vel *penitùs* perîsse,
" Vel servatos esse, et avertisse mala à navibus.
" An speratis, si naves ceperit pugnam-expedite-ciens Hector,
" Pedibus *vos* perventuros esse in suam patriam terram singulos?
" Annon incitantem auditis copias *suas* omnes
" Hectorem, qui jam ad naves incendendas animo-fertur-incitato?
" Non certè ad tripudium jubet ire, sed ad pugnam.
" Nobis itaque nulla hâc *est* sententia, et *nullum* consilium melius,
" Quàm ut cominùs misceamus manusque roburque.
" Meliùs *erit*, aut perîsse semel, aut vitam-servâsse;
" Quàm per-longum-tempus paulatim-consumi in gravi pugnâ,
" Ita inultos ad naves, à viris deterioribus."
Sic fatus, incitavit robur et animum uniuscujusque.
Tunc Hector quidem interfecit Schedium, Perimedei filium,
Ducem Phocensium: Ajax autem interfecit Laodamanta,
Ductorem peditum, Antenoris clarum filium:
Polydamas autem Otum Cyllenium interemit,
Phylidae [*Megetis*] socium, magnanimorum ducem Epeiorum.

Ver. 502. —— *ἄρκιον*] Malè hîc Scholiastes; *αὔταρκες, ἱκανόν.* Non vidit nimirùm, sententiam esse, ex elegantissimâ Aposiopesi, *comparativam.* Νῦν, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ σωθῆναι, ἄρκιον, ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι. Sicuti infrà, *ver.* 511, 512.

Ver. 504. Ἦ ἔλπεσθ', —— Ἐμβαδὸν ἵξεσθαι.]
Fidite nè pedibus; ferro rumpenda per hostes
Est via, —————— *Æn.* X, 372.

Ver. 505. Ἐμβαδὸν.] Vide suprà ad ξ', 434.

Ver. 507. —— *ὃς δὴ.*] *Qui planè* ——. Vide suprà ad ξ', 433, 504. et ad β, 158.

Ver. 508. —— *μάχεσθαι.*] *Al.* *μάχησθε.*

Ver. 510. —— *αὐτοσχεδίην.*] Ita Cod. *Harleianus:* Atque ita alibi *Homerus.* *Al.* *αὐτοσχεδὸν.*

Ver. 511. Βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι.]
Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. —— *Sophocl. Aj.* 480.

Ver. 513. —— *ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισιν.*] *Al.* ἐν ἀνδράσι ταυροτέροισιν.

Τῷ δὲ Μέγης ἐπόρουσεν ἰδών· ὁ δ' ὕπαιθα λιάσθη
Πουλυδάμας· καὶ τοῦ μὲν ἀπήμβροτεν· οὐ γὰρ Ἀπόλλων
Εἴα Πάνθου υἱὸν ἐνὶ προμάχοισι δαμῆναι·
Αὐτὰρ ὅγε Κροίσμου στῆθος μέσον οὔτασε δουρί·
Δούπησεν δὲ πεσών, ὁ δ' ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα.
Τόφρα δὲ τῷ ἐπόρουσε Δόλοψ, αἰχμῆς εὖ εἰδώς,
Λαμπετίδης, (ὃν Λάμπος ἐγείνατο, φέρτατος ἀνδρῶν,
Λαομεδοντιάδης, εὖ εἰδότα θούριδος ἀλκῆς·)
Ὅς τότε Φυλείδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρί,
Ἐγγύθεν ὁρμηθείς· πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ,
Τόν ῥ' ἐφόρει γυάλοισιν ἀρηρότα· τόν ποτε Φυλεὺς
Ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης, ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.
Ξεῖνος γάρ οἱ ἔδωκεν ἄναξ ἀνδρῶν Εὐφήτης,
Ἐς πόλεμον φορέειν, δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν·
Ὅς οἱ καὶ τότε παιδὸς ἀπὸ χροὸς ἤρκεσ' ὄλεθρον.
Τοῦ δὲ Μέγης κόρυθος χαλκήρεος ἱπποδασείης
Κύμβαχον ἀκρότατον νύξ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι,
Ῥῆξε δ' ἀφ' ἵππειον λόφον αὐτοῦ· πᾶς δὲ χαμᾶζε
Κάππεσεν ἐν κονίῃσι, νέον φοίνικι φαεινός.

In *Polydamanta* verò Meges irruit, simul-ac-hoc-vidisset; at in-obliquum se declinavit
Polydamas; et ab eo quidem aberravit *Meges*: Non enim Apollo
Sinebat Panthi filium inter primos-pugnatores domari:
Sed *Meges* Croesmi pectus medium vulneravit hastâ;
Fragoremque *is* edidit cadens, *Megesque ei* ab humeris arma detrahebat.
Intereà autem *Megeti* insiliit Dolops, hastâ-pugnandi peritus,
Lampetides, quem Lampus genuit praestantissimus virorum
Laomedontiades, peritum strenuae pugnae:
Hic *Dolops* tunc Phylidae [*Megetis*] medium scutum percussit hastâ,
Cominùs impetu-facto; densus autem tuitus est thorax,
Quem utique ferebat cavitates-firmiter-conjunctas-habentem; quem quondam Phyleus
Attulit ex Ephyre, fluvio à Selleënte:
Hospes enim ei dederat rex virorum Euphetes,
In pugnam ferendum, *adversus* hostes munimen:
Qui ei et tunc filii à corpore defendit perniciem.
Dolopi autem, Meges galeae aereae equinis-setis-densae
Coni-basin extremam percussit hastâ acutâ,
Abrupitque equinum conum ejus: *ita ut* totus-*conus* humi
Deciderit in pulvere, recens puniceo-colore fulgens.

Ver. 523 et 528. —— οὔτασε.] Vide suprà ad ν', 192. et ad ά, 140.

Ver. 524. Δούπησεν.] Vide suprà ad ν', 181.

Ver. 526. ——— φέρτατος.] Cod. *Harleian.* φέρτατον. Minùs rectè.

Ver. 532. —— γάρ οἱ.] Quâ ratione, γὰρ hîc producatur; et ὅς, *ver.* 534. vide suprà ad ά, 51. n. 8. 10.

Ver. 534. —— ἤρκεσ'.] *Al.* ἤρκει.

Ver. 536. — ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ί, 50.

Ver. 538. Κάππεσεν ἐν κονίῃσι.] Vide suprà ad ν', 508.

Ibid. — νέον φοίνικι φαεινός.] Νεωστὶ φοινικῷ χρώματι βεβαμμένος· ut rectè Scholiastes. Quod autem statim adjicit, ὅ ἐστιν ἐρυθρὰ τῷ αἵματι, absurdè dictum est. Nam, ut rectè notavit Domina *Dacier*, nondum vulneratus

Ἕως ὁ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ᾽ ἤλπετο νίκην,
Τόφρα δέ οἱ Μενέλαος ἀρήϊος ἦλθεν ἀμύντωρ·
Στῆ δ᾽ εὐρὰξ σὺν δουρὶ λαθὼν, βάλε δ᾽ ὦμον ὄπισθεν·
Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα,
Πρόσσω ἱεμένη· ὁ δ᾽ ἄρα πρηνὴς ἐλιάσθη.
Τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε᾽ ἀπ᾽ ὤμων
Συλήσειν· Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευε
Πᾶσι μάλα, πρῶτον δ᾽ Ἱκεταονίδην ἐνένιπτεν
Ἴφθιμον Μελάνιππον· ὁ δ᾽ ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς
Βόσκ᾽ ἐν Περκώτῃ, δηΐων ἀπονόσφιν ἐόντων·
Αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,
Ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν·
Ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὁ δέ μιν τίεν ἶσα τέκεσσι·
Τόν ῥ᾽ Ἕκτωρ ἐνένιπτεν, ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽, ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν·
  Οὕτω δὴ, Μελάνιππε, μεθήσομεν; οὐδέ νύ σοί περ
Ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, ἀνεψιοῦ κταμένοιο;
Οὐχ᾽ ὁράας, οἷον Δόλοπος περὶ τεύχε᾽ ἔπουσιν;
Ἀλλ᾽ ἕπευ· οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἐστὶν ἀποσταδὸν Ἀργείοισι

Dum *hoc modo* Meges cum Dolope pugnabat perstans, et adhuc sperabat victoriam,
Interim *Megeti* Menelaus Mavortius venit adjutor;
Stetitque *Dolopi* à-latere cum hastâ, latens; pecussitque humerum à tergo;
Cuspis verò pectus transegit rapido-impetu-acta,
Ulteriùs tendens: is autem pronus prolapsus est.
Tum illi quidem irruerunt, aerea arma ab humeris
Detracturi: Hector verò cognatos adhortabatur
Omnes valdè; primùm autem Hicetaonidem increpabat
Fortem Melanippum: Is olim quidem flexipedes boves
Pascebat in Percotâ, hostibus procul absentibus:
Sed postquam Danaorum naves venissent utrinque-remis-actae;
Reversus ad Ilium est, excellebatque inter Trojanos;
Habitabatque juxta Priamum; isque eum honorabat aequè ac filios:
Hunc Hector *jam* increpabat, verbaque fecit, dixitque:
" Itáne verò, Melanippe, remissè-agemus? nec vel tibi
" Movetur-curâ tuum cor, *ob* consobrinum occisum?
" Nonnè vides, ut Dolopis circum arma *hi* occupantur?
" Sed sequere: Non enim ampliùs licet eminùs cum Argivis

---

erat Dolops. Sed nescio an fortè scripserit Scholiastes, ἐρυθρῷ τῷ βάμματι.

Ver. 539. Ἕως ὁ.] Pronuntiabatur raptim legentibus, ac si scriptum fuisset ὥσω, vel ὥστο, vel ὥσου. Simili ferè ratione, ac quâ ex ἄλοκα fit ἆλκα, ν΄, 707.

Ver. 540. Τόφρα δέ.] Vide suprà ad ά, 57. ad γ΄, 200. et ad θ΄, 160. *Barnesius* edidit Τοφράδε· et, τὸ " Δὲ," inquit, παρέλκει. Quod est ineptissimum.

Ver. 542. —— μαιμώωσα.] Vide suprà ad *ver.* 317.

Ver. 543. —— ἄρα.] *Ut fit*, ———.

Ver. 544. Τὼ.] *Menelaus* et *Meges*.

Ver. 545. —— κέλευε.] *Al.* κέλευσε. Sed multò rectiùs hic dicitur, κέλευε. Vide suprà ad ν΄, 84.

Ver. 546 et 552. —— ἐνένιπτεν.] Ita edidit *Barnesius* ex MS. Rectè. *Al.* ἐνένισπεν.

Ver. 552. Τόν ῥ᾽.] *Hunc, inquam*, ———. Refertur nimirùm ad *ver.* 546.

Ver. 553. Οὕτω δὴ.] *Siccinè verò, quæso*, ———? Vide suprà ad ξ΄, 433.

Ver. 554. — ἀνεψιοῦ.] Vide suprà ad *ver.* 24.

Μάρνασθαι, πρίν γ' ἠὲ κατακτάμεν, ἠὲ κατ' ἄκρης
Ἴλιον αἰπεινὴν ἑλέειν, κτάσθαι τε πολίτας·
Ὣς εἰπὼν, ὁ μὲν ἦρχ', ὁ δ' ἅμ' ἕσπετο ἰσόθεος φώς.
Ἀργείους δ' ὤτρυνε μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ, καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ,
Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας·
Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται·
Φευγόντων δ' οὔτ' ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀλέξασθαι μενέαινον·
Ἐν θυμῷ δὲ βάλοντο ἔπος· φράξαντο δὲ νῆας
Ἕρκεϊ χαλκείῳ· ἐπὶ δὲ Ζεὺς Τρῶας ἔγειρεν.
Ἀντίλοχον δ' ὤτρυνε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
Ἀντίλοχ', οὔτις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν,
Οὔτε ποσὶν θάσσων, οὔτ' ἄλκιμος, ὡς σὺ, μάχεσθαι·
Εἴτινά που Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλησθα.
Ὣς εἰπὼν, ὁ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο, τὸν δ' ὀρόθυνεν·
Ἐκ δ' ἔθορε προμάχων, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ,

" Pugnare, priusquam vel occiderimus *eos*, vel *illi* à culmine
" Ilium excelsam ceperint, interfecerintque cives."
Sic fatus, ipse quidem praeibat; ille verò simul sequebatur, deo-par vir.
Argivos autem excitabat magnus Telamonius Ajax:
" O amici, viri estote, et pudorem habete in animo;
" Et alius alium verecundantes-observate, per acres pugnas:
" Verecundantium quippe virorum plures salvi, quàm occisi sunt;
" Fugientium verò neque gloria exsurgit, nec ullum auxilium."
Sic dixit: Illi verò etiam per-se arcere *hostem* prompto-erant-animo;
Mente autem reponebant verbum; muniebantque naves
Muro aheneo: In *eos* autem Jupiter Trojanos excitabat.
Antilochum autem impellebat pugnâ strenuus Menelaus:
" Antiloche, nemo te junior est alius Achivorum,
" Neque pedibus velocior, neque robustus, sicut tu, ad pugnandum:
" *Aggredere*, si quâ aliquem Troum exiliens virum percutere-possis."
Sic fatus, ipse quidem rursùs recessit, hunc quum incitaverat:
Exiliit igitur *Antilochus* extra primos-pugnatores, et jaculatus est hastâ fulgenti,

---

Ver. 557. —— *κατ' ἄκρης.*] *Al.* *κατὰ κρῆς.*

——— ruit alto à culmine Troja.
Æn. II, 290.

——— sternitque à culmine Trojam.
Ibid. 603.

Ver. 558. ——— *κτάσθαι.*] *Al.* *κτᾶσθαι* quod est Ionicum *κτῆσθαι*, *possidere*. *Κτᾶσθαι*, ex *κτάομαι*, vocalem ᾱ habet productam; *Κτάσθαι*, ex *κτείνομαι*, vocalem ᾰ corripit, et solummodo Consonantium *positione* syllabam producit. Vide quae suprà de *πρᾶττι*, *τάττι*· *πρᾶξαι*, *τάξαι*· et de similibus dicta sunt; ad γ', 192.

Ver. 564. —— *ὄρνυται.*] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 567. *Ἕρκεϊ χαλκείῳ*] *Schol.* *τῷ κύκλῳ τῶν ἀσπίδων.*

Ver. 568. —— *βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.*] *Al* *μέγας Τελαμώνιος Αἴας.* Minùs rectè hoc in loco, ex *ver.* 560 suprà. Quod enim sequitur, *ver.* 572. —— *ὁ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο*, de *Menelao* aptiùs quàm de *Ajace* dictum.

Ver. 571. — *Εἴτινά* —— *βάλησθα.*] *Al.* *βάλοισθα.* Habet autem et *πάθος* et vim peculiarem Aposiopesis ista; *O, siquem,* ———; *Gauderem, siquem* ———; *Aggredere, siquem* ———; *Σκόπει, εἴτινα* ———. Innuit autem *Hectorem*; sicuti suprà, *ver.* 458, et alibi.

Ver. 573. — *ἀκόντισε.*] Vide suprà ad ά, 140.

Ἀμφὶ ἓ παπτήνας· ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο,
Ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος· ὁ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἧκεν,
Ἀλλ' Ἱκετάονος υἱὸν ὑπέρθυμον Μελάνιππον,
Νισσόμενον πόλεμόνδε βάλε στῆθος παρὰ μαζόν·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ·
Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, κύων ὣς, ὅστ' ἐπὶ νεβρῷ
Βλημένῳ ἀΐξῃ, τόν τ' ἐξ εὐνῆφι θορόντα
Θηρητὴρ ἐτύχησε βαλὼν, ὑπέλυσε δὲ γυῖα·
Ὣς ἐπὶ σοὶ, Μελάνιππε, θόρ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης,
Τεύχεα συλήσων· ἀλλ' οὐ λάθεν Ἕκτορα δῖον,
Ὅς ῥά οἱ ἀντίος ἦλθε, θέων ἀνὰ δηϊοτῆτα·
Ἀντίλοχος δ' οὐ μεῖνε, θοός περ ἐὼν πολεμιστής·
Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε, θηρὶ κακὸν ῥέξαντι ἐοικὼς,
Ὅστε κύνα κτείνας, ἢ βουκόλον, ἀμφὶ βόεσσι,
Φεύγει, πρίν περ ὅμιλον ἀολλισθήμεναι ἀνδρῶν·
Ὣς τρέσε Νεστορίδης· ἐπὶ δὲ Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ
Ἠχῇ θεσπεσίῃ βέλεα στονόεντα χέοντο·
Στῆ δὲ μεταστρεφθεὶς, ἐπεὶ ἵκετο ἔθνος ἑταίρων.

Circum se spectans: Trojani autem recesserunt,
Viro jaculante: is verò non irritum telum emisit;
Sed Hicetaonis filium animosum Melanippum,
Euntem in pugnam percussit pectore ad papillam;
Fragorem verò edidit cadens, et sonitum-dedere arma super ipso:
Antilochus autem irruit, canis tanquam, qui in hinnulum
Vulneratum accurrit, quem è cubili exilientem
Venator assequutus fuerit jaculando, solveritque membra:
Sic in te, Melanippe, irruit Antilochus bellicosus,
Arma detracturus: Sed non latuit Hectorem nobilem,
Qui ei obvius venit currens per proelium:
Antilochus autem non mansit, impiger licèt existens bellator:
Sed is fugit quidem, ferae quae malum patravit similis,
Quae canem ubi-interfecerit, vel bubulcum circa boves,
Fugit, antequàm multitudo congregatur virorum:
Sic fugit Nestorides: in eum verò Trojanique et Hector,
Clamore cum ingenti, tela luctuosa fundebant:
Stetit tamen conversus, postquam venit ad agmen sociorum.

Ver. 577. Νισσόμενον.] *Al.* Νεισόμενον.

Ver. 578. Δούπησεν δὲ.] Vide suprà ad ν', 181.

Ibid. ——— ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.] Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.

Ver. 579. — κύων ὣς.] *Al.* λέων ὥς. Minùs rectè.

Ibid. —— ὅστ'.] *Qui utique* ——. Similemque habent vim ista τόν τ' et ὅς τε, *ver.* 580 et 587.

Ver. 584. Ὅς ῥά.] *Qui proinde* ———; *Qui, ut expectandum erat,* ———.

Ver. 586. Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε.] *Al.* Ἀλλὰ παρέτρεσε.

Ver. 587. ——— κύνα κτείνας, ἢ βουκόλον, — Φεύγει, πρίν περ.]

Ac velut ille, priùs quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese avius abdidit altos
Occiso pastore lupus magnove juvenco,
Conscius audacis facti; caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, sylvasque petivit:
Haud secùs ——— *Æn.* XI, 809.

Τρῶες δὲ, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισι,
Νηυσὶν ἐπεσσεύοντο· Διὸς δ' ἐτέλειον ἐφετμάς·
Ὅς σφισιν αἰὲν ἔγειρε μένος μέγα, θέλγε δὲ θυμὸν
Ἀργείων, καὶ κῦδος ἀπαίνυτο· τοὺς δ' ὀρόθυνεν.
Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι
Πριαμίδῃ, ἵνα νηυσὶ κορωνίσι θεσπιδαὲς πῦρ
Ἐμβάλῃ ἀκάματον· Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν
Πᾶσαν ἐπικρήνειε· τὸ γὰρ μένε μητίετα Ζεὺς,
Νηὸς καιομένης σέλας ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
Ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε παλίωξιν παρὰ νηῶν
Θησέμεναι Τρώων, Δαναοῖσι δὲ κῦδος ὀρέξαι.
Τὰ φρονέων, νήεσσιν ἔπι γλαφυρῇσιν ἔγειρεν
Ἕκτορα Πριαμίδην, μάλα περ μεμαῶτα καὶ αὐτόν.
Μαίνετο δ', ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται, βαθέης ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης·
Ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνετο, τὼ δέ οἱ ὄσσε

Trojani autem, leonibus similes cruda-vorantibus,
In naves ruebant; Jovisque perficiebant mandata;
Qui eis semper excitabat robur magnum, debilitabatque animos
Argivorum, et gloriam auferebat; horum verò excitabat-animos.
Hectori enim ejus animus volebat gloriam praebere
Priamidae, ut navibus recurvis immanè-ardentem ignem
Injiceret indefessum; Thetidisque enormem supplicationem
Totam perficeret: Hoc enim expectabat providus Jupiter,
Navis ardentis splendorem oculis ut-videret:
Ex illo enim *tempore* erat iterùm-in-fugam à navibus
Conjecturus Trojanos, Danaisque gloriam praebiturus.
Haec cogitans, naves in cavas suscitabat
Hectorem Priamidem, perquàm ardentem etiam per se.
Furebat autem is, veluti cum Mars hastam-vibrans, vel perniciosus ignis
In montibus furit, profundae in densis-recessibus sylvae:
Spumaque circum os oriebatur, eique oculi

Ver. 592. Τρῶες δὲ.] Quâ ratione, δὲ, hic producatur; item γὰρ, *ver.* 596. 610. 613. et ἔθελε, *ver.* 615. et δύνατο, *ver.* 617. vide suprà ad ά, 51. n. 8. Cæterùm Cod. *Harleian.* hîc habet, Τρῶες δ' αὖ.

Ver. 594. Ὅς σφισιν αἰὲν ἔγειρε μένος μέγα.] Vide suprà ad ν', 44.

Ibid. — θέλγε.] ἐχαύνου· Schol. inedita in Cod. *Harleiano.*

Ver. 597, 598. 604. — Πριαμίδῃ, — ἀκάματον, — Πριαμίδην.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 599. — μητίετα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 601. Ἐκ γὰρ δὴ τοῦ.] *Nam ex eo videlicèt tempore* —. Vide suprà ad ξ', 433.

Ibid. — παλίωξιν.] Vide suprà ad *ver.* 24.

Ver. 604. —— μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.

Ver. 605. —— ἢ ὀλοὸν πῦρ.] *Tanaq. Faber* Notis ad *Longini* § 9. scribendum contendit, ἧ ὀλοὸν πῦρ, *quâ ratione ignis,* &c. Alioquin enim, *quî* (inquit) *stare poterit quod sequitur,* ἀφλοισμὸς δὲ ——? Nempe, istud, ἀφλοισμὸς δὲ ——, syntaxi admodùm inficetâ retulit vir eruditus ad *Martem*, quod ab *Homero* dictum est de *Hectore.*

Ver. 606. Οὔρεσι —— τάρφεσιν.] *Al.* ταρφέσιν· à ταρφεὺς vel ταρφής· Ut οὔρεα nimirùm, adjecto epitheto, dicantur ταρφέα, syntaxi valdè perplexâ et inconcinnâ.

Ibid. —— ὕλης.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 607. — τὼ δέ οἱ ὄσσε Λαμπέσθην.]

——— stant lumina flammâ.
Æn. VI, 300.

——— totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt; oculis micat acribus ignis.
Æn. XII, 102

Λαμπέσθην βλοσυρῇσιν ὑπ' ὀφρύσιν· ἀμφὶ δὲ πήληξ
Σμερδαλέον κροτάφοισι τινάσσετο μαρναμένοιο
Ἕκτορος· αὐτὸς γάρ οἱ ἀπ' αἰθέρος ἦεν ἀμύντωρ
Ζεὺς, ὅς μιν πλεόνεσσι μετ' ἀνδράσι μοῦνον ἐόντα
Τίμα καὶ κύδαινε· μινυνθάδιος γὰρ ἔμελλεν
Ἔσσεσθ'· ἤδη γάρ οἱ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ
Παλλὰς Ἀθηναίη ὑπὸ Πηλείδαο βίηφι.
Καί ῥ' ἔθελε ῥῆξαι στίχας ἀνδρῶν, πειρητίζων,
Ἧ δὴ πλεῖστον ὅμιλον ὅρα καὶ τεύχε' ἄριστα·
Ἀλλ' οὐδ' ὧς δύνατο ῥῆξαι, μάλα περ μενεαίνων·
Ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἠΰτε πέτρη
Ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα·
Ἥτε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα,
Κύματά τε τροφόεντα, τά τε προσερεύγεται αὐτήν·
Ὣς Δαναοὶ Τρῶας μένον ἔμπεδον, οὐδὲ φέβοντο.

Fulgebant torvis sub superciliis: circùm autem cassis
Horrendùm tempora quassabatur pugnantis
Hectoris: Ipse enim ei ab aethere erat auxiliator
Jupiter, qui eum plures inter viros solum existentem
Honorabat, gloriâque-extollebat: Brevis enim aevi erat
Futurus: jam enim in eum urgebat fatalem diem
Pallas Minerva sub Pelidae viribus.
Et sanè volebat *Hector* perrumpere ordines virorum, tentans,
Quacunque plurimam turbam videret, et arma optima:
Sed nè sic quidem poterat perrumpere, valdè licèt ardens:
Sustinebant enim quadratis-ordinibus conferti, veluti petra
Excelsa, magna, canum mare prope existens;
Quae sustinet stridulorum ventorum vehementes incursiones,
Undasque ingentes, quae illiduntur in ipsam:
Sic Danai Trojanos sustinebant firmitèr, neque fugiebant.

Ver. 613. —— ἐπώρνυε —— βίηφι.] Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus, ἐπήρτυε —— δαμῆναι. Exponuntque Scholia ibidem inedita, ἡτοίμαζεν.

Ver. 615. Καί ῥ' ἔθελε ῥῆξαι.] Ita Cod. *Harleian.* et hîc, et aliàs sæpiùs. *Al.* ἔθελεν. Cæterùm conjuncta sunt hæc cum præcedente *ver.* 605. Μαίνετο ——, καί ῥ' ἔθελε ῥῆξαι ——. Ut quod de *Jove* ac *Minervâ* insertum est, tanquam in Parenthesi scilicèt inclusum intelligatur.

Ver. 618. Ἴσχον ——, ἠΰτε πέτρη.

Ille, velut pelagi rupes immota, resistit;
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore
Quæ sese, multis circumlatrantibus undis,
Mole tenet; scopuli nequicquam et spumea circùm
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. *Æn.* VII, 586.

Ille, velut rupes vastum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furiis, expòstaque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque,
Ipsa immota manens.— *Æn.* X, 693.

Haud secùs ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant; manet illa, suoque est pondere tuta. *Ovid. Metam.* IX, 39.

Ver. 620. Ἥτε.] *Quæ utique* ——.

Ver. 621. —— τροφόεντα.] *Al.* τροφέοντα.

Ibid. —— προσερεύγεται αὐτήν.] *Al.* αὐτῇ· et ἀκτῇ· et ἀκτήν.

—— —— Ὡς ὅτε κῦμα
Ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅτε κινήσει νότος ἐλθὼν
Προβλῆτι σκοπέλῳ· —— β', 394.

Αὐτὰρ ὁ λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν ἔνθορ᾽ ὁμίλῳ·
Ἐν δ᾽ ἔπεσ᾽, ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι
Λάβρον ὑπαὶ νεφέων ἀνεμοτρεφὲς, ἡ δέ τε πᾶσα
Ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
Ἱστίῳ ἐμβρέμεται· τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
Δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπ᾽ ἐκ θανάτοιο φέρονται·
Ὣς ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ὅγ᾽, ὥστε λέων ὀλοόφρων βουσὶν ἐπελθὼν,
Αἵ ῥά τ᾽ ἐν εἱαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο νέμονται
Μυρίαι, ἐν δέ τε τῇσι νομεὺς οὔπω σάφα εἰδὼς

At *Hector* fulgens igne undique, insiliit turbae:
Irruit autem, veluti cùm unda velocem in navem illiserit
Impetuosa è nubibus ventis-aucta, *navis* autem tota
Spumâ cooperta e t, ventique vehemens flatus
In velo fremit; trepidantque animo nautae
Timentes; parvulo enim spatio à morte *distantes* subvehuntur:
Sic scindebatur animus in pectoribus Achivorum.
At *Hector*, tanquam leo infestus bobus superveniens,
Quae in irriguo-loco paludis magnae pascuntur
Innumerae, interque eas *sit* pastor haud rectè gnarus

Ver. 624. —— ὡς ὅτε κῦμα ——, ὑπ᾽ ἐκ θανάτοιο φέρονται.] Ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; — "Ἐν δ᾽ ἔπεσ᾽, ὡς ὅτε κῦμα ———, ὑπ᾽ ἐκ "θανάτοιο φέρονται." Ἐπεχείρησε καὶ ὁ Ἄρατος τὸ αὐτὸ τοῦτο μετενεγκεῖν, —— "ὀλίγον δὲ "διὰ ξύλον ἄϊδ᾽ ἐρύκει·" πλὴν μικρὸν αὐτὸ καὶ γλαφυρὸν ἐποίησεν, ἀντὶ φοβεροῦ· ἔτι δὲ παρώρισε τὸν κίνδυνον, εἰπὼν —— "ἐρύκει." ——— Ὁ δὲ Ποιητὴς [Ὅμηρος] οὐχ ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινὸν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ· καὶ μὴν τὰς προθέσεις, ἀσυνθέτους οὔσας, συναναγκάσας παρὰ φύσιν, καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος, "ὑπ᾽ "ἐκ θανάτοιο," τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν· τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει, τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο, καὶ μονονουχὶ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα, "ὑπ᾽ ἐκ "θανάτοιο φέρονται." *Longinus*, § 10. Sed et *pedes dactylici* in istis sex versibus, (Αὐτὰρ ὁ λαμπόμενος ——— θανάτοιο φέρονται, *ver.* 623. — 628.) quàm numerosè et volubilitèr vim impetumque depingant tum *Hectoris* tum *procellæ* ingruentis, non indignum observatu: Vide suprà ad γ′, 363.

——— stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi; tum prora avertit, et undis
Dat latus; insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit.
Æn. I, 106.

Pulcherrima et hæc: "*Veruntamen brevi*-"*tas illa Homeri* (inquit *Tollius*, Notis ad "*Longini* § 10.) *plus mihi habere videtur* "*horroris, dum uno velut contuitu omne pe*-"*riculum oculis subjicitur; At apud Virgi*-"*lium nimiùm picta pleraque plus habent* "*elegantiæ, quàm terroris.*"

Ibid. —— ἐν νηΐ.] *Al.* ἐνὶ νηΐ.

Ver. 625. —— ἀνεμοτρεφὲς.] *Al.* ἀνεμοτραφές.

Ver. 630. Αὐτὰρ ὅγ᾽, ——— Ἀχαιοὶ —— ἐφόβηθεν.] De hâc elegantissimâ specie constructionis ἀνακολούθῳ, quâ sententia, ab alio inchoata exordio, mutatâ derepentè loquendi ratione, in aliam quasi inopinatò syntaxin desinit; auctoribus optimis, tum Græcis, tum Latinis, non inusitatâ; vide suprà ad β′, 353. 681. ad γ′, 211. ad ζ′, 510. ad κ′, 224. 437. et ad *Odyss.* μ′, 73. Οὐκ εὐσύντακτος ἡ —— παραβολὴ, ἀλλὰ δυσαπόδοτος καὶ καινοπρεπής· Ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ εὐθείας, "αὐ-"τὰρ ὅγε," —— οὐκ ἀπέδωκε συνήθως, οἷον, "ὡς ὁ Ἕκτωρ" —— ἀλλ᾽ ἀνακολούθως, πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς —— ἐποίησεν τὴν ἀπόδοσιν. —— Εἰ δέ τις εἴποι καὶ ἐπίτηδες τῇ τῶν πραγμάτων ἄρτι καινότητι τὴν ποιητικὴν συνεξομοιωθῆναι φράσιν, καὶ δεινωθῆναι πλέον τοῦ συνήθους, ὡς οἷον ἐνθουσιῶντος Ὁμήρου μεγαλοπρεπέστερον εἴποι ἄν, οὐκ ἀπροσφυῶς. *Eustath.*

Ver. 631. Αἵ ῥα τ᾽.] *Quæ, ut fit,* ——— *Quæ, ut solitum est,* ———.

Θηρὶ μαχέσσασθαι, ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῇσιν·
Ἤτοι ὁ μὲν πρώτῃσι καὶ ὑστατίῃσι βόεσσιν
Αἰὲν ὁμοστιχάει, ὁ δέ τ' ἐν μέσσῃσιν ὀρούσας
Βοῦν ἔδει, αἱ δέ τε πᾶσαι ὑπέτρεσαν· ὣς τότ' Ἀχαιοὶ
Θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διῒ πατρὶ
Πάντες· ὁ δ' οἶον ἔπεφνε Μυκηναῖον Περιφήτην,
Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἄνακτος
Ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακληείῃ·
Τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων
Παντοίας ἀρετὰς, ἠμὲν πόδας, ἠδὲ μάχεσθαι,
Καὶ νόον ἐν πρώτοισι Μυκηναίων ἐτέτυκτο·
Ὅς ῥα τόθ' Ἕκτορι κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυάλιξε.
Στρεφθεὶς γὰρ μετόπισθεν, ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο,
Τὴν αὐτὸς φορέεσκε, ποδηνεκὲς ἕρκος ἀκόντων·
Τῇ ὅγ' ἐνιβλαφθεὶς, πέσεν ὕπτιος· ἀμφὶ δὲ πήληξ
Σμερδαλέον κονάβησε περὶ κροτάφοισι πεσόντος.

Cum ferâ pugnare, camuris-cornibus bovis circa caedem:
Atque hic quidem cum primis aut postremis bobus
Usque simul-graditur, *leo* verò in medias irruens
Bovem vorat, caeteraeque omnes territae-fugiunt: sic tunc Achivi
Divinitùs in-fugam-conjecti-sunt ab Hectore et Jove patre
Omnes; *Hector* autem solum occîdit Mycenaeum Periphetem,
Coprei dilectum filium, qui *Copreus* Eurysthei regis
Nuncius ibat ad vim Herculeam:
Hoc *utique* genitus erat ex patre multò deteriore filius praestantior
Omnigenis virtutibus, et pedibus, et pugnando;
Et prudentiâ *quoque* inter primos Mycenaeorum fuit:
Qui tunc Hectori gloriam superiorem praebuit:
Conversus enim retrò, in scuti extremâ-orâ offendit,
Quod ipse gestabat, talare munimentum adversus-jacula:
Eo hic impeditus, cecidit supinus; cassis autem
Terribilitèr circumsonuit circa tempora prolapsi.

Ver. 633. Θηρὶ.] *Al.* Χειρί.

Ver. 634. —— *πρώτῃσι καὶ ὑστατίῃσι.*] Ὁ δὲ, "*καὶ*," *σύνδεσμος*, inquit Scholiastes, *ἀντὶ τοῦ* "*ἢ*," *διαζευκτικοῦ κεῖται· ὅπερ ἄμεινον· ἵν' ᾖ, ταῖς πρώταις ἢ ὑστάταις.* Atqui Poeta, opinor, non voluit, "*primisve vel* "*ultimis;*" sed, "*modò primis, modò ulti-* "*mis.*"

Ver. 636. — *ὣς τότ' Ἀχαιοὶ — ἐφόβηθεν.*]

At Danaûm proceres, Agamemnoniæque phalanges
Ut vidêre virum fulgentiaque arma per umbras;
Ingenti trepidare metu. Pars vertere terga,
Ceu quondam petiêre rates: ———
Æn. VI, 489.

——— omnis, eo terrore, ——
——— omnes vertebant terga ——.
Æn. VIII, 705.

Ver. 639. — *ἄνακτος.*] *Al.* *ἀέθλων.* Sicuti infrà, ψ', 133.

Ver. 640. — *οἴχνεσκε.*] *Ire solebat.* Vide suprà ad ν', 84.

Ibid. —— *βίῃ Ἡρακληείῃ.*] Vide suprà ad ν', 758.

Ver. 641. ——— *πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων.*]

—— dignus patriis qui lætior esset
Imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.
Æn. VII, 653.

Ver. 642. Παντοίας ἀρετὰς.] *Al.* Παντοίην ἀρετήν.

Ver. 644. Ὅς ῥα.] *Qui, ut dixi,* ——— ver. 638.

Ver. 645. —— *ὑπ'.*] *Al.* ἐν.

Ἕκτωρ δ᾽ ὀξὺ νόησε, θέων δέ οἱ ἄγχι παρέστη,
Στήθεϊ δ᾽ ἐν δόρυ πῆξε, φίλων δέ μιν ἐγγὺς ἑταίρων,
Κτεῖν᾽· οἱ δ᾽ οὐκ ἐδύναντο, καὶ ἀχνύμενοί περ ἑταίρου,
Χραισμεῖν· αὐτοὶ γὰρ μάλ᾽ ἐδείδισαν Ἕκτορα δῖον.
Εἴσωποὶ δ᾽ ἐγένοντο νεῶν, περὶ δ᾽ ἔσχεθον ἄκραι
Νῆες, ὅσαι πρῶται εἰρύατο· τοὶ δ᾽ ἐπέχυντο.
Ἀργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν καὶ ἀνάγκη
Τῶν προτέρων, αὐτοῦ δὲ παρὰ κλισίῃσιν ἔμειναν
Ἀθρόοι, οὐδ᾽ ἐκέδασθεν ἀνὰ στρατόν· ἴσχε γὰρ αἰδὼς
Καὶ δέος· ἀζηχὲς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισι·
Νέστωρ αὖτε μάλιστα Γερήνιος, οὖρος Ἀχαιῶν,
Λίσσεθ᾽ ὑπὲρ τοκέων γουνούμενος ἄνδρα ἕκαστον·
Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ, καὶ αἰδῶ θέσθ᾽ ἐνὶ θυμῷ
Ἄλλων ἀνθρώπων· ἐπὶ δὲ μνήσασθε ἕκαστος
Παίδων, ἠδ᾽ ἀλόχων, καὶ κτήσιος, ἠδὲ τοκήων,
Ἠμὲν ὅτεῳ ζώουσι, καὶ ᾧ κατατεθνήκασι.

Hector autem citò animadvertit, currensque ei propè astitit,
Pectorique hastam infixit, charosque ipsum prope socios
Interfecit: illi autem non poterant, tristes licèt ob socium,
Opitulari; ipsi enim valdè timebant Hectorem nobilem.
Intra-ordines autem recesserunt navium, circumque *eos* sepserunt extremae
Naves, quae propiùs *à mari* subductae erant; *hostes* autem certatim-insequebantur.
Argivi igitur à navibus quidem recesserunt prae necessitate
Prioribus, illic autem ad tentoria manserunt
Conferti, nec dissipabantur per castra: Retinebat enim pudor
Et metus; perpetuò enim vociferantes-hortabantur invicem:
Nestor autem maximè, Gerenius, custos Achivorum,
Obtestabatur per parentes supplicans viro cuique:
" O amici, viri estote, et cum-pudore reveremini animo
" Alios homines; et recordamini quisque
" Filiorum, et uxorum, et possessionis, et parentum,
" Sicui vivunt, et sicui mortui sunt.

Ver. 650. Στήθεϊ.] *Al.* Στήθεσι.

Ver. 653. Εἴσωποὶ δ᾽ ἐγένοντο νεῶν.] Huc spectat *Andromaches* illud, apud *Euripidem*, de marito suo *Hectore*, ad *Menelaum*:

Πόσις θ᾽ ὁ κλεινὸς, ὅς σε πολλάκις δορὶ
Ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου κακόν.
Androm. ver. 456.

" Εἴσωποὶ δ᾽ ἐγένοντο νεῶν" οἱ Ἀχαιοὶ, ——— ὑποστείλαντες ἑαυτοὺς ὑπὸ τὰς νῆας——· ἢ ἐν ὄψει ἔχοντες, διὰ τὴν ἧτταν, τὰς πρὸς τῷ τείχει νῆας, ἃς εἶχον κατὰ νώτου πρὸ τούτου· —— " περὶ δ᾽ ἔσχεθον ἄκραι νῆες, ὅσαι πρῶται εἰρύ- " ατο," —— ἵνα κατὰ νώτου μὲν ἔχωσι τὰς ἐν θαλάσσῃ πρώτας, πρὸ ὀφθαλμῶν δὲ τὰς ἐν τῷ τείχει προτέρας. *Eustath.*

Ver. 654. —— τοὶ δ᾽ ἐπέχυντο.] Ad naves ruebant *Achivi* fugientes. *Vel;* eos certatim insequebantur *Trojani.* Pro posteriori sententiâ facit quod sequitur, Ἀργεῖοι δὲ —.

Ver. 657. —— οὐδ᾽ ἐκέδασθεν.] *Al.* οὐδὲ κέδασθεν.

Ver. 659. —— Νέστωρ αὖτε μάλιστα.] Ita *Barnesius* ex MSS. tribus; et ex *ver.* 370. suprà. *Al.* Νέστωρ δ᾽ αὖτε μάλιστα.

Ver. 660. —— τοκέων.] *Al.* τεκέων.

Ver. 661. —— ἀνέρες ἐστὲ, —— μνήσασθε, —— ἀλόχων, —— ἠδὲ τοκήων.]

Ultrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò:———
In manibus Mars ipse, viri; nunc conjugis esto
Quisque suæ tectique memor, nunc magna referto
Facta, patrum laudes. — *Æn.* X, 278.

Ver. 664. —— ζώουσι, —— κατατεθνήκασι.] Vide suprà ad ν΄, 736. et ad ά, 37.

Τῶν ὕπερ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων,
Ἑστάμεναι κρατερῶς· μηδὲ τρωπᾶσθε φόβονδε.
Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου·
Τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη
Θεσπέσιον· μάλα δέ σφι φόως γένετ' ἀμφοτέρωθεν,
Ἠμὲν πρὸς νηῶν, καὶ ὁμοιΐου πτολέμοιο.
Ἕκτορα δ' ἐφράσσαντο βοὴν ἀγαθὸν, καὶ ἑταίρους,
Ἠμὲν ὅσοι μετόπισθεν ἀφέστασαν, οὐδ' ἐμάχοντο,
Ἠδ' ὅσσοι πὰρ νηυσὶ μάχην ἐμάχοντο θοῇσιν·
Οὐδ' ἄρ' ἔτ' Αἴαντι μεγαλήτορι ἥνδανε θυμῷ
Ἑστάμεν, ἔνθα περ ἄλλοι ἀφέστασαν υἷες Ἀχαιῶν·
Ἀλλ' ὅγε νηῶν ἴκρι' ἐπῴχετο, μακρὰ βιβάσθων,
Νώμα δὲ ξυστὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσι,
Κολλητὸν βλήτροισι, δυωκαιεικοσίπηχυ.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς,
Ὅστ', ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους,

"Hos per hîc ego supplico, non praesentes,
"Ut stetis fortiter; neque, *quaeso*, vertamini in fugam."
Sic fatus, accendit robur et animum cujusque:
Illis autem, ab oculis nubem caliginis submovit Minerva
Divinitùs-immissam; valdeque ipsis lux coorta utrinque,
Et ex-parte navium, et *ex-parte* omnibus-aequè-gravis proelii.
Hectorem autem conspexerunt pugnâ-strenuum, et socios,
Tum quotquot à-tergo abstiterant, neque pugnabant,
Tum quotquot ad naves pugnam pugnabant veloces:
Neque verò ampliùs Ajaci magnanimo placuit mente
Stare, ubi alii consistebant filii Achivorum:
Sed hic navium tabulata obibat, magnis-passibus gradiens,
Versabatque contum magnum navalem in manibus,
Compactum clavis-ferreis, duorum-et-viginti-cubitorum.
Ut verò quum vir equis desultoriis-uti peritus,
Qui, postquam ex multis quatuor selegit equos,

Ver. 666. — τρωπᾶσθε.] Ita Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus. Quod et *Homero* usitatius. *Al.* τροπάασθε, et τροπάασθαι.

Ver. 668. —— νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη.] Nempe *Nestoris* prudentia, et præsens consilium, Achivis terrorem nonnihil imminuerat. Vide suprà ad ά, 194. ad β', 169. et ad δ', 92.

Ver. 671. —— ἐφράσσαντο.] Editorum nonnulli, ἐφράσαντο. Quod ferri non potest. Vide suprà ad ά, 140. et ad ν', 1

Ibid. —— βοὴν ἀγαθὸν.] Vide suprà ad β', 408.

Ver. 674. —— Αἴαντι.] Quâ ratione, Αἴαντι, hîc ultimam producat; item *μάλα, ver.* 695; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 675. —— ἀφίστασαν.] Ita *Eustathius*, et in contextu et in commentario; Ita et Cod. *Harleianus:* sicuti suprà, *ver.* 672. *Al.* ἐφέστασαν.

Ver. 680. —— Ὅστ'.] *Eustathius:* Τὸ δὲ, "ὅς τε," —— ἀντὶ τοῦ, "οὗτος." —— ἄλλως γὰρ, οὐκ εὐσύντακτος ἡ παραβολή. Sed omninò erravit vir eruditus. Neque enim ullo pacto fert linguæ græcæ ratio, ut ὅς τε intelligatur οὗτος. Et præterea usitatissima est *Homero*, atque etiam concinnior, istiusmodi syntaxis: Ὡς δ' ὅτε ——. Ut reticeatur scilicèt elegantissimè id, quòd languidius ita supplere possis: "*Sicuti* fit, *quum* ——;" vel, "*Sicuti* res se habet, *quum:*" vel, (quod *hoc in loco* optimè congruit,) "*Sicuti quum* "ostendit se *homo peritus* ——, *qui,*" &c.

Ibid. —— συναγείρεται.] Τὸ δὲ χωρὶς τοῦ γ γράφειν, Ὁμηρικὸν, παρὰ τῇ χρήσει, καὶ τῷ

Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει,
Λαοφόρον καθ' ὁδὸν, πολέες τέ ἑ θηήσαντο
'Ανέρες, ἠδὲ γυναῖκες· ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται· οἱ δὲ πέτονται·
Ὣς Αἴας ἐπὶ πολλὰ θοάων ἴκρια νηῶν
Φοίτα, μακρὰ βιβὰς, φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανεν·
Αἰεὶ δὲ σμερδνὸν βοόων Δαναοῖσι κέλευε,
Νηυσί τε καὶ κλισίῃσιν ἀμυνέμεν. Οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ
Μίμνεν ἐνὶ Τρώων ὁμάδῳ πύκα θωρηκτάων·
'Αλλ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων
Ἔθνος ἐφορμᾶται, ποταμὸν πάρα βοσκομενάων,
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων·
Ὣς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο
Ἄντιος ἀΐξας· τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθε
Χειρὶ μάλα μεγάλῃ, ὤτρυνε δὲ λαὸν ἅμ' αὐτῷ.
Αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη·
Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
Αντεσθ' ἐν πολέμῳ· ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.

Agitans ex campo magnam ad urbem incitat,
Publicam per viam, multique eum admirantes-spectant
Nutantium: adeò densi stabant inter-se.
Omnes autem ante, duo viri armabantur,
Patroclusque et Automedon, unum animum habentes,
In-primâ-acie Myrmidonum pugnare: sed Achilles
Perrexit ire in tentorium; arcaeque operculum aperuit
Pulchrae, affabrè-factae, quam ei Thetis pedes-argentea
Imposuit navi vehendam, quum benè-implèsset tunicis,

Ver. 207. Ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι.] *Al.* Ταῦθ' ἅμ' ἀγειρόμενοι notante *Henr. Stephano.*

Ibid. —— πέφανται.] In numero *singulari*, πέφαμμαι, [quod est videlicèt πέφανμαι, sicuti τέτυμμαι est τέτυπμαι,] πέφανσαι, πέφανται, &c.

Ver. 209. —— τις.] *Quisquis volet* ——.

Ver. 210. — ὤτρυνε μένος.] Vide suprà ad ν', 44.

Ver. 211. — ἄρθεν.] Παρεκινήθησαν τῇ προθυμίᾳ· *Schol. inedita* in Cod. *Harleiano*, à *Th. Bentleio* communicata. Λόγοις ἐπήρθησαν καὶ οἷον ἐκουφίσθησαν, ὡς ὑπὸ πτερῶν· — κρεῖττον δὲ νοηθῆναι αὐτὸ, ἀντὶ τοῦ ἡρμόσθησαν, ἀπὸ τοῦ "ἀρῶ," τὸ ἁρμόζω. *Eustath.*

Ver. 215. Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, ——.] Vide suprà ad ν', 130.

Ver. 217. —— ἐφέστασαν.] Vide suprà ad μ', 55.

Ver. 218. — θωρήσσεσθον.] *Al.* θωρήσσοντο. Quod et rectè dicitur. Vide suprà ad ά, 566.

Ver. 219. —— ἕνα θυμὸν ἔχοντες.]

His amor unus erat, pariterque in bella ruebant. *Æn.* IX, 182.

Ver. 221. —— ἀνέωγε.] Non ex *præterito*, quod vocant, ἀνέωγα· sed ex *aoristo*, ἀνέωγον. Ut rectè Scholiastes, ἀνέωξεν. Vide suprà ad θ', 322.

Ver. 222. et 229. Καλῆς.] Vide suprà ad β', 43

Χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, οὔλων τε ταπήτων.
Ἔνθα δέ οἱ δέπας ἔσκε τετυγμένον, οὐδέ τις ἄλλος
Οὔτ' ἀνδρῶν πίνεσκεν ἀπ' αὐτοῦ αἴθοπα οἶνον,
Οὔτε τέῳ σπένδεσκε θεῶν, ὅτε μὴ Διῒ πατρί.
Τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβὼν ἐκάθηρε θεείῳ
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι·
Νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ' αἴθοπα οἶνον·
Εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον,
Οὐρανὸν εἰσανιδών· Δία δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον·
  Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοί ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.
Ἦ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος ἔκλυες εὐξαμένοιο·
Τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν·
Ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ·
Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι,

Chlaenisque ventum-arcentibus, villosisque tapetibus.
Inibi autem ei poculum erat elaboratè-factum; neque quis alius
Neque virorum bibebat ex eo nigrum vinum,
Neque cui libabat deorum, nisi Jovi patri.
Hoc utique tunc ex arcâ sumptum purgavit sulphure
Primùm, posteà autem lavit aquae puro liquore:
Lavitque ipse manus, hausitque nigrum vinum:
Precabatur deinde stans medio in septo, libavitque vinum,
Coelum suspiciens; Jovemque non latuit fulmine-gaudentem:
" Jupiter rex, Dodonæe, Pelasgice, procul habitans,
" Dodonae praesidens hyberno-frigore-infestae; circum autem Selli
" Tui habitant vates, pedibus-illotis, humi-cubantes.
" Certè quidem jam olim meum sermonem exaudîsti precantis;
" Honorâsti quidem me, valdéque laesisti populum Achivorum:
" Itaque adhuc etiam nunc mihi hoc perfice votum:
" Ipse quidem enim ego manebo navium in coetu;

Ver. 226. 230. ——— *αἴθοπα οἶνον.*] Vide suprà ad *ά*, 462.

Ver. 228. Τό ῥα.] Pronuntiabatur *τόῤῥα·* quomodo et nonnulli *scripserunt*. Vide quoque infrà, *φ'*, 352. et *χ'*, 307.

Ver. 229. 230. —— *νίψ'* —— Νίψατο.] Notandus hîc maximè proprius et primigenius *vocis mediæ* usus. Ἔνιψε, *lavit poculum*: *ἐνίψατο, lavit manus sibi ipse suas.*

Ver. 233. —— Πελασγικὲ.] *Al.* Πελαργικέ.

Ver. 234. ——— ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.]

Μαντεῖα καινὰ ————,
Ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην
Πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός.
Sophocl. Trachin. 1173.

Cæterùm alii hîc legunt, —— " ἀμφὶ δὲ σ' " Ἑλλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται" ἤγουν, περί σε ναίουσιν οἱ Ἑλλοὶ οἱ σοὶ ὑποφῆται. Quæ, ad sententiæ quidem constructionem, æquè probabilis lectio; neque omninò (quod credidit *Barnesius*) ex eo refutatur, quòd vox *σοὶ* sequatur. Πλείους δὲ οἱ " Σελλοὺς" γράφοντες. *Eustath.*

Ver. 236. Ἦ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος.] Ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ——, *ά*, 453. Cæterùm quâ ratione, ἐμὸν, hîc ultimam producat; item ἐμὲ, *ver.* 237. et μὲν, *ver.* 251. vide suprà ad *ά*, 51.

Ἀλλ' ἕταρον πέμπω, πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσι,
Μάρνασθαι· τῷ κῦδος ἅμα πρόες, εὐρύοπα Ζεῦ·
Θάρσυνον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ
Εἴσεται, ἤ ῥα καὶ οἶος ἐπίστηται πολεμίζειν
Ἡμέτερος θεράπων, ἤ οἱ τότε χεῖρες ἄαπτοι
Μαίνονθ', ὁππότ' ἐγώ περ ἴω μετὰ μῶλον Ἄρηος.
Αὐτὰρ ἐπεί κ' ἀπὸ ναῦφι μάχην ἐνοπήν τε δίηται,
Ἀσκηθής μοι ἔπειτα θοὰς ἐπὶ νῆας ἵκοιτο,
Τεύχεσί τε ξὺν πᾶσι καὶ ἀγχεμάχοις ἑτάροισιν.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς·
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε·
Νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
Δῶκε· σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Ἤτοι ὁ μὲν, σπείσας τε, καὶ εὐξάμενος Διῒ πατρὶ,
Ἂψ κλισίην εἰσῆλθε, δέπας δ' ἀπέθηκ' ἐνὶ χηλῷ.
Στῆ δὲ πάροιθ' ἐλθὼν κλισίης, ἔτι δ' ἤθελε θυμῷ
Εἰσιδέειν Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνήν.

" Sed socium mitto, multis cum Myrmidonibus,
" Ad-pugnam : cum hoc unà victoriam praemitte, latè-sonans Jupiter :
" Confirma autem ei cor in praecordiis ; ut et Hector
" Intelligat, num, etiam solus *cùm*-sit, sciat pugnare
" Noster famulus ; an ei tunc *tantùm* manus invictae
" Insaniant, quandò ego îero ad pugnam Martis.
" Ac postquam à navibus proelium clamoremque repulerit,
" Incolumis mihi posteà veloces ad naves redeat,
" Armisque cum omnibus, et cominùs-pugnantibus sociis."
Sic dixit precans : hunc autem audivit Jupiter ;
Eique alterum quidem dedit pater, alterum verò abnuit :
A navibus quidem ei repellere proeliumque pugnamque
Dedit ; salvum autem *Patroclum* abnuit è pugnâ reverti.
Atque hic quidem, ubi *ita* libâratque et supplicaverat Jovi patri,
Rursùs tentorium ingressus est, poculumque reposuit in arcâ.
Stetit autem egressus pro tentorio : adhuc enim voluit animo
Spectare Trojanorum et Achivorum pugnam gravem.

Ver. 240. —— πολέσιν.] *Al* πολέσι. Quod et ferri potest.

Ver. 241. —— εὐρύοπα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 242. Θάρσυνον.] De analogiâ vocabulorum, θαρσῦνω, θάρσῦνος· μαρτῦρομαι, μάρτῦρος· νίφειν, νῖφετός· et similium innumerorum, in quibus nullus unquam est *licentiæ* locus ; vide suprà ad ά, 338. et ad ζ'. 434.

Ver. 243. —— ἐπίστηται πολεμίζειν.] *Al.* ἐπίσταιτο πτολεμίζειν.

Ver. 245. —— ὁππότ' ἐγώ περ.] *Quando ego demùm* ——.

Ver. 249. —— μητίετα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 250. —— ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.]

Audiit, et voti Phoebus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
Sterneret ut subitâ turbatam morte Camillam,
Annuit oranti ; reducem ut patria alta videret,
Non dedit ; inque Notos vocem vertêre procellæ.
Æn. XI, 794.

Ver. 251. —— πόλεμόν τε μάχην τε] Vide suprà ad ή, 232, 279.

Ver. 252. —— ἐξαπονέεσθαι.] *Al.* ἐξ ἀπονέεσθαι. Vide suprà ad ά, 5[illegible].

Οἱ δ' ἅμα Πατρόκλῳ μεγαλήτορι θωρηχθέντες
Ἔστιχον, ὄφρ' ἐν Τρωσὶ μέγα φρονέοντες ὄρουσαν.
Αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
Εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνουσιν ἔθοντες,
Αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας,
Νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι.
Τοὺς δ' εἴ περ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης
Κινήσει ἀέκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες,
Πρόσσω πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι.
Τῶν τότε Μυρμιδόνες κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες,
Ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας·
Μυρμιδόνες, ἕταροι Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς·
Ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν, ὃς μέγ' ἄριστος
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ, καὶ ἀγχέμαχοι θεράποντες·
Γνῷ δὲ καὶ Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
Ἣν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν.
Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου·

Illi verò cum Patroclo magnanimo armati
Ordine-ibant, donec in Trojanos magnis cum animis irruerent.
Protinùs autem vespis similes effundebantur
In-viâ-habitantibus, quas pueri irritant de more,
Assiduè vexantes, in viâ domicilia habentes,
Insipientes; commune autem malum multis faciunt.
Has porrò si aliquis praeteriens homo viator
Moverit insciens, ipsae continuò animosum cor habentes,
Ultrò quaeque provolat, et defendit suos foetus.
Harum tunc Myrmidones cor et animum habentes,
Ex navibus fundebantur: clamor autem immensus ortus est.
Patroclus verò socios hortabatur, altùm clamans:
" Myrmidones, socii Pelidae Achillis,
" Viri estote, amici; recordaminique strenuae fortitudinis;
" Ut Pelidem honoremus, qui longè fortissimus *est*
" Argivorum apud naves, et cominùs-pugnantes famuli:
" Cognoscat autem et Atrides latè-dominans Agamemnon
" Suam noxam, quòd fortissimum Achivorum nihil honoravit."
Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque:

Ver. 260. ——— ἐριδμαίνουσιν.] Ita Codex *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus. Atque ita *Eustathius* in *Commentario*, et hunc ad locum, et suprà ad ί, 536. Quod et optimè congruit cum sequente, τιθεῖσι. *Al.* ἐριδμαίνωσιν· Quod et ipsum quoque ferri possit.

Ibid. — ἔθοντες.] Ἐξ ἔθους βλάπτοντες· — τὰ συνήθη πράττοντες· *Eustath.* ad ί, 536.

Ver. 261. —— ἔχοντας.] *Al.* ἔχοντες.

Ver. 263. —— παρά τίς τε κιών.] Scholiastes, Τὸ ἑξῆς, inquit, παριών τις. Unde videtur is legisse, παρά τίς τε ἰών. Cod. *Harleian.* habet, παρά τίς κε κιών.

Ver. 263, 264. Τοὺς δ' ——, οἱ δ'.] Vide suprà ad ά, 57. ad γ', 200. et ad θ', 160.

Ver. 264. Κινήσει.] *Al.* Κινήσῃ.

Ver. 269. Μυρμιδόνες, ἕταροι.] Quâ ratione Μυρμιδόνες, hîc ultimam producat; item ἀντικρὺ, *ver.* 285; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 275. —— ὤτρυνε μένος.] Vide suprà ad ν', 44.

Ἐν δ' ἔπεσον Τρώεσσιν ἀολλέες· ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν, ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν.
Τρῶες δ', ὡς εἴδοντο Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν,
Αὐτὸν, καὶ θεράποντα, σὺν ἔντεσι μαρμαίροντας,
Πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
Ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα
Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι·
Πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπη φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
Πάτροκλος δὲ πρῶτος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Ἀντικρὺ κατὰ μέσσον, ὅθι πλεῖστοι κλονέοντο,
Νηῒ παρὰ πρύμνῃ μεγαθύμου Πρωτεσιλάου·
Καὶ βάλε Πυραίχμην, ὃς Παίονας ἱπποκορυστὰς
Ἤγαγεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος·
Τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
Κάππεσεν οἰμώξας· ἕταροι δέ μιν ἀμφεφόβηθεν
Παίονες· ἐν γὰρ Πάτροκλος φόβον ἧκεν ἅπασιν,
Ἡγεμόνα κτείνας, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
Ἐκ νηῶν δ' ἔλασεν, κατὰ δ' ἔσβεσεν αἰθόμενον πῦρ·
Ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς λίπετ' αὐτόθι· τοὶ δ' ἐφόβηθεν

Irruerunt itaque in Trojanos conferti: Circùm autem naves
Terribilitèr resonabant, clamantibus ab Achivis.
Trojani autem, ut viderunt Menoetii fortem filium,
Ipsum, et famulum, cum armis coruscantes;
Omnibus commotus est animus, inclinataeque sunt phalanges,
Existimantes apud naves velocem Pelidem
Iram quidem abjecisse, in gratiam verò rediisse:
Circumspectabat igitur unusquisque, quà effugere-posset gravem perniciem.
Patroclus autem primus jaculatus est hastâ fulgenti,
Rectà in medium, ubi plurimi tumultuabantur,
Navis ad puppim magnanimi Protesilai:
Et percussit Pyraechmen, qui Paeonas equestres-bellatores
Duxit ex Amydone, ab Axio latè fluente:
Hunc percussit dextrum humerum; is autem supinus in pulvere
Concidit edito-gemitu; socii autem circa ipsum in-fugam-conjecti-sunt
Paeones: Patroclus enim terrorem immiserat omnibus,
Ductore occiso, qui praestantissimus erat in pugnâ.
A navibus igitur *eos* repulit, extinxitque ardentem ignem:
Semiusta autem navis relicta est illic: in fugam verò versi sunt

---

Ver. 279. —— θεράποντα.] *Automedonta*, ver. 219.

Ver. 283. —— ὅπη φύγοι.] *Al.* ὅποι φύγῃ, et ὅπως φύγῃ.

Ver. 284. —— ἀκόντισε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 285. —— πλεῖστοι κλονέοντο.] *Al.* πλεῖστοι καὶ ἄριστοι.

Ver. 286. —— Νηῒ —— Πρωτεσιλάου.] Suprà, ί, 705.

Ver. 287. —— Πυραίχμην.] *Schol.* Πεποίηται τὸ ὄνομα τοῦ στρατηγοῦ, παρὰ τὸ πῦρ καὶ αἰχμὴν φέρειν τῇ νηΐ. Ineptè, ut videtur. Nam ab initio appellatus est Πυραίχμης· β', 848.

Ibid. —— ἱπποκορυστὰς.] Vide suprà ad β', 1.

Ver. 289. —— ἐν κονίῃσι Κάππεσεν] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 294. —— ἄρα.] *Proinde* ——.

Τρῶες θεσπεσίῳ ὁμάδῳ· Δαναοὶ δ᾽ ἐπέχυντο
Νῆας ἀνὰ γλαφυράς· ὅμαδος δ᾽ ἀλίαστος ἐτύχθη.
Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
Κινήσει πυκινὴν νεφέλην στεροπηγερέτα Ζεὺς,
Ἔκ τ᾽ ἔφανον πᾶσαι σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι,
Καὶ νάπαι, οὐρανόθεν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ·
Ὡς Δαναοὶ νηῶν μὲν ἀπωσάμενοι δήϊον πῦρ,
Τυτθὸν ἀνέπνευσαν· πολέμου δ᾽ οὐ γίνετ᾽ ἐρωή·
Οὐ γάρ πώ τι Τρῶες ἀρηϊφίλον ὑπ᾽ Ἀχαιῶν
Προτροπάδην φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν·
Ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἄρ᾽ ἀνθίσταντο, νεῶν δ᾽ ὑπόεικον ἀνάγκῃ.
Ἔνθα δ᾽ ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης,
Ἡγεμόνων· πρῶτος δὲ Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς
Αὐτίκ᾽ ἄρα στρεφθέντος Ἀρηϊλύκου βάλε μηρὸν
Ἔγχεϊ ὀξυόεντι, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε·

Trojani, immani cum tumultu: Danai autem effundebantur
Naves per cavas: tumultusque vehemens factus est.
Ut verò, cùm à summo vertice montis magni
Dimoverit densam nubem fulgurator Jupiter,
Continuoque apparent omnes speculae et cacumina prominentia,
Et saltus, coelitusque adaperitur immensa aethra:
Sic Danai, à navibus quidem depulso hostili igne,
Paululùm respirârunt; pugnae tamen non erat cessatio:
Nondum enim prorsùs Trojani bellicosis ab Achivis
Versis-ubique-tergis fugabantur nigris à navibus;
Sed adhuc resistebant, atque à navibus recedebant necessitate.
Tum verò vir interfecit virum, diffusâ-latè pugnâ,
Ducum: Primus utique Menoetii fortis filius
Statim aversi Areïlyci percussit femur
Hastâ acutâ, penitúsque aes transegit;

Ver. 298. Κινήσει.] *Al.* Κινήσῃ.

Ibid. —— *στεροπηγερέτα.*] Vide suprà ad *ά*, 175.

Ver. 299. — ἔφανον.] Cod. *Harleian.* ἤφανεν.

Ver. 300. ——— *ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ.*] *Schol.* Ἐξέλαμψεν αἰθήρ· τουτέστιν, ἀστραπὴ γένετο. Similitèr et *Eustathius.* Non tamen videtur hoc de *fulgurum nictationibus* dictum, sed de *serenitate cœli* post disjectas nubes. Vide suprà ad Θ΄, 554, *&c.*

Ver. 301. Ὡς Δαναοὶ ——— ἀνέπνευσαν] Rectè hîc *Eustathius:* Ὁ ποιητὴς —— πολλαχοῦ τὴν ἐν πολέμῳ ἀνάπνευσιν, "Φῶς" λέγει. —— κατὰ τὸ,

—— ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γίνωμαι.
ver. 39.

——— ἐπὴν φάος ἐν νήεσσι
Θείης ———————. *ver.* 95.

Ver. 302. —— ἐρωή.] *Schol.* Νῦν, ὁρμή· ἔστι δ᾽ ὅτε τὴν ἡσυχίαν καὶ ἀνάπαυσιν δηλοῖ. Debuerat è contrario scripsisse: Νῦν, ἡσυχία, καὶ ἀνάπαυσις· (ἔστι δ᾽ ὅτε τὴν ὁρμὴν δηλοῖ.) Ut ex sequenti versu liquet: Οὐ ΓΑ'Ρ πω, &c.

Ver. 306. Ἔνθα δ᾽ ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης, Ἡγεμόνων· πρῶτος δὲ ———.] Rectè hîc *Barnesius* ex *Eustathio:* Ἔνθα τῶν ἡγεμόνων, ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα· καὶ Πάτροκλος μὲν πρῶτος. ———. Alii, malè interpungendo, conjungunt ὑσμίνης ἡγεμόνων· alii, nihilo minùs ineptè, ἡγεμόνων πρῶτος δὲ ———. Cæterùm de totâ sequenti narratione *Eustathius:* Ὅρα δὲ καὶ ἐνταῦθα πολλὴν ποικιλίαν· ——— τοιαύτη τις κἀνταῦθα τῷ Ὁμηρικῷ πέπλῳ ποικιλία ἐμπάσσεται· καὶ οὐ μόνον κατὰ τοὺς τρόπους τῶν πληγῶν τε καὶ πτωμάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ φράσιν τὴν αὐτοῦ τοῦ "ἔθανον." Ἀντὶ γὰρ τοῦ ῥήματος τούτου, ἐφ᾽ ἑκάστων ἄλλως καὶ ἄλλως φράζει. Οἷον, ————.

Ver. 308. —— ἄρα.] Connectitur isto vocabulo sententia hæc cum eo quod præcessit, *ver.* 283.

Ver. 309. — ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ί, 05.

Ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος· ὁ δὲ, πρηνὴς ἐπὶ γαίης
Κάππεσ'· ἀτὰρ Μενέλαος ἀρήϊος οὖτα Θόαντα,
Στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα.
Φυλείδης δ' Ἄμφικλον ἐφορμηθέντα δοκεύσας,
Ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, ἔνθα πάχιστος
Μυὼν ἀνθρώπου πέλεται· περὶ δ' ἔγχεος αἰχμῇ
Νεῦρα διεσχίσθη· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.
Νεστορίδαι δ', ὁ μὲν οὔτασ' Ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ
Ἀντίλοχος, λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος·
Ἤριπε δὲ προπάροιθε· Μάρις δ' αὐτοσχεδὰ δουρὶ
Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε, κασιγνήτοιο χολωθεὶς,
Στὰς πρόσθεν νέκυος· τοῦ δ' ἀντίθεος Θρασυμήδης
Ἔφθη ὀρεξάμενος, πρὶν οὐτάσαι· οὐδ' ἀφάμαρτεν,
Ὦμον ἄφαρ· πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ
Δρύψ' ἀπὸ μυώνων, ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, κατὰ δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν.
Ὣς τὼ μὲν δοιοῖσι κασιγνήτοισι δαμέντε
Βήτην εἰς ἔρεβος, Σαρπηδόνος ἐσθλοὶ ἑταῖροι,

Fregit autem os hasta: Is verò, pronus in terram
Decidit: Item Menelaus mavortius vulneravit Thoantem,
Pectore nudatum juxta scutum; solvitque membra.
Phylides autem Amphiclum irruentem observans,
Prior assecutus percussit extremum crus, ubi crassissima
Sura hominis est; circumque hastae cuspide
Nervi discissi sunt: cum verò tenebrae oculos cooperuerunt.
Nestoridae autem; alter quidem vulneravit Atymnium acutâ hastâ,
Nempè Antilochus, perque ile trajecit aeream hastam;
Cecidit igitur *hic ei* ad pedes: Maris autem cominùs hastâ
In Antilochum irruebat, ob fratrem iratus,
Stans ante cadaver; cum verò deo-par Thrasymedes
Prior est assecutus, antequam *is Antilochum* vulneraret; nec aberravit,
Sed vulneravit eum ad humerum protinùs; extremum autem brachium hastae cuspis
Amputavit à musculis, et os penitùs abscidit:
Fragorem igitur edidit cadens, et caligo *ei* oculos cooperuit.
Sic illi quidem duo duobus à fratribus domiti
Iverunt ad Erebum, Sarpedonis fortes socii,

Ver. 310. —— γαίης.] *Al.* γαίῃ.

Ver. 311. — οὖτα.] Vide suprà ad ν', 192.

Ver. 313. Φυλείδης.] *Meges, Phylei filius.*

Ver. 315. — αἰχμῇ.] Cod. *Harleian.* ἀκμῇ. Et *Schol.* ibidem inedita, ἐξύτητι.

Ver. 317. 322. —— οὔτασ'.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 321. —— πρόσθεν νέκυος.] Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, προπάροιθε νέκυος. Quod et ferri possit. Nam νέκυος, ut ex Scriptoribus Tragicis liquet, pronuntiabatur interdum νέκῦς. Vide et infrà, *ver.* 526.

Ver. 322. —— πρὶν οὐτάσαι.] Quâ ratione, πρὶν, hìc (etiam extra caesuram) producatur; item ἀντικρὺ, *ver.* 346. vide suprà ad ά, 51. n. 8.

Ver. 324. —— ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε.] *Schol.* Ἀπέσχιζε τὴν σάρκα ἄχρι τοῦ ὀστοῦ. *Eustathius:* Ἀπάραξε τοὺς μῦς, εἰς ὀστοῦν ἄχρι. At, οἱ παλαιοὶ, inquit, τὸ ἄχρις, ἀντὶ τοῦ διόλου, φασί. Túmque os ipsum dicetur abscissum.

Ver. 325. Δούπησεν.] Vide suprà ad ν', 181.

Υἷες ἀκοντισταὶ Ἀμισωδάρου· ὅς ῥα Χίμαιραν
Θρέψεν ἀμαιμακέτην, πολέσιν κακὸν ἀνθρώποισιν.
Αἴας δὲ Κλεόβουλον Ὀϊλιάδης ἐπορούσας
Ζωὸν ἕλε, βλαφθέντα κατὰ κλόνον· ἀλλά οἱ αὖθι
Λῦσε μένος, πλήξας ξίφει αὐχένα κωπήεντι.
Πᾶν δ᾽ ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· τὸν δὲ κατ᾽ ὄσσε
Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Πηνέλεως δὲ, Λύκων τε, συνέδραμον· ἔγχεσι μὲν γὰρ
Ἤμβροτον ἀλλήλων, μέλεον δ᾽ ἠκόντισαν ἄμφω·
Τὼ δ᾽ αὖτις ξιφέεσσι συνέδραμον· ἔνθα Λύκων μὲν
Ἱπποκόμου κόρυθος φάλον ἤλασεν, ἀμφὶ δὲ καυλὸν
Φάσγανον ἐῤῥαίσθη· ὁ δ᾽ ὑπ᾽ οὔατος αὐχένα θεῖνε
Πηνέλεως, πᾶν δ᾽ εἴσω ἔδυ ξίφος, ἔσχεθε δ᾽ οἶον
Δέρμα· παρηέρθη δὲ κάρη, ὑπέλυντο δὲ γυῖα.

Filii jaculatores Amisodari; qui Chimaeram
Nutrivit insuperabilem, multis perniciem hominibus.
Ajax verò Cleobulum Oïliades impetu-facto
Vivum cepit, impeditum in turbâ; sed ei ibi-statim
Solvit robur, percutiens ense cervicem capulum-magnum-habente.
Totus autem incaluit ensis sanguine: eique oculos
Occupavit purpurea mors, et fatum violentum.
Peneleus autem Lyconque concurrerunt; hastis enim
Aberrârant à se invicem, et incassùm jaculati erant ambo;
Hi igitur rursùs ensibus concurrerunt: tunc Lycon quidem
Setis-equinis-cristatae galeae conum percussit, et juxta capulum
Ensis fractus est: at *ei* sub aure cervicem percussit
Peneleus, totusque immersus est ensis; retinebat autem sola
Cutis; pendebatque *ab eâ* caput; solutaque sunt *ejus* membra.

Ver. 328. —— Ἀμισωδάρου· ὅς ῥα.] *Amisodari: ejus, qui* ——. *Ejus videlicèt, qui* —.

Ver. 329. — πολέσιν.] *Al.* πολέσι. Quod et ferri possit.

Ver. 333. —— Πᾶν δ᾽ ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι.] Ἔστι καὶ ἡ ἔμφασις· ἥπερ, δι᾽ ὑπονοίας, ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρίστησιν· Οἷον "Πᾶν "δ᾽ ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι." Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔμφασιν, ὡς βαπτισθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥστε θερμανθῆναι. *Dionysius Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 7.

—— iit hasta Tago per tempus utrumque
Stridens, trajectoque hæsit *tepefacta* cerebro. *Æn.* IX, 418.

—— stomachoque infixa sub altum
Pectus abit; reddit specus atri vulneris undam
Spumantem, et fixo ferrum in pulmone *tepescit.* *Ibid.* 699.

Ver. 334. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος.] *Homero* πορφύρεος θάνατος, non est *purpurea mors*, quâ ratione *Virgilius* dixit, de eo qui sanguinem ense trajectus vomeret, "*Purpuream vomit ille animam;*" sed, ut rectè interpretatur Scholiastes, *Atra mors.* Sic infrà, *ver.* 350.

—— θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

Et ρ′, 551.

—— πορφυρέῃ νεφέλῃ πυκάσασα ἑ αὐτήν.

Porrò quâ analogiâ è πορφύρειν deducatur πορφύρεος, vide suprà ad ά, 338 et 482.

Ver. 335. — ἔγχεσι.] Cod. *Harleian.* ἔγχεϊ.

Ver. 336. —— μέλεον.] Vox, μέλεος, vim habet peculiarem. *Scholiastes* ad *Aristophanem* exponit, μάταιος, ἄθλιος, δυστυχής· ad istum versum,

Ἀλλ᾽, ὦ μέλ᾽, ἐξήλικας ἐμέ γ᾽ ἐκ τῶν ἐμῶν. *Nub.* 33.

Ibid. — ἠκόντισαν.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 338. —— καυλὸν.] *Al.* καυλῷ.

Ver. 340. —— ἔσχεθε δ᾽ οἶον.] Ita edidit *Barnesius* ex *Schol.* et MSS. Quocum facit Cod. *Harleian.* *Al.* ἔσχε δὲ οἶον.

Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα, κιχεὶς ποσὶ καρπαλίμοισι,
Νύξ', ἵππων ἐπιβησόμενον, κατὰ δεξιὸν ὦμον·
Ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς.
Ἰδομενεὺς δ' Ἐρύμαντα κατὰ στόμα νηλέϊ χαλκῷ
Νύξε· τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε
Νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλοιο· κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά·
Ἐκ δὲ τίναχθεν ὀδόντες· ἐνέπλησθεν δέ οἱ ἄμφω
Αἵματος ὀφθαλμοί· τὸ δ' ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας
Πρῆσε χανών· θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.
Οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.
Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον, ἢ ἐρίφοισι,
Σίνται, ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι, αἵτ' ἐν ὄρεσσι,
Ποιμένος ἀφραδίῃσι διέτμαγεν· οἱ δὲ ἰδόντες,
Αἶψα διαρπάζουσιν ἀνάλκιδα θυμὸν ἐχούσας·
Ὣς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον· οἱ δὲ φόβοιο
Δυσκελάδου μνήσαντο, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ
Ἵετ' ἀκοντίσσαι· ὁ δὲ ἰδρείῃ πολέμοιο,
Ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους,

Meriones autem Acamanta, assecutus pedibus velocibus,
Percussit, currum conscendentem, ad dextrum humerum:
Ceciditque *is* ex curru, oculisque offusa est caligo.
Idomeneus autem Erymanta in os saevo aere
Percussit: atque in-adversum hasta aerea pertransiit
Subtus sub cerebro; diffiditque ossa alba:
Excussi verò sunt dentes; impletique sunt ei ambo
Sanguine oculi; quem et per os *quoque* et per nares
Efflavit aperto-ore; Mortis autem nigra eum nubes obtexit.
Atque hi quidem ductores Danaorum, interfecerunt virum singuli.
Ut verò lupi agnis vehementi-impetu-irruunt, vel hoedis,
Exitiabiles, è gregibus surripientes, qui in montibus
Pastoris stultitiâ dispersi sunt; hi autem conspicati,
Statim discerpunt imbellem animum habentes:
Sic Danaï Trojanis vehementi-impetu-irruebant; Illi autem fugae
Horrisonae meminerunt, oblitique sunt strenuae fortitudinis.
Ajax verò ille magnus semper in Hectorem aere-armatum
Cupiebat jaculari; is autem scientiâ bellandi,
Clypeo taurino coopertus latos humeros,

Ver. 346. — ἐξεπέρησε.] *Al.* εἰσεπέρησε.

Ver. 351. —— ἄρ'.] Connectit sententiam hæc vocula, cum eo, quod præcessit, *ver.* 306. Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, habet ἄμ'. Exponuntque Scholia ibidem inedita, ἐν ἑνὶ καιρῷ.

Ver. 353. —— αἵτ'.] *Qui utique* ——.

Ver. 358. — Αἴας δ' ὁ μέγας.] Pronuntiabatur ὀμμέγας. Vide suprà ad *ver.* 228. Ποιεῖ δὲ καὶ δυσφωνία συνθέσεως ἐν πολλοῖς μέγεθος. Οἷον τὸ "Αἴας δ' ὁ μέγας ——." Demet. Phaler. περὶ Ἑρμηνείας, § 48. Καὶ γὰρ τὸ δύσφωνον, πολλαχοῦ ὀγκηρόν· ὥσπερ, "Αἴας δ' "ὁ μέγας —." Πολὺ γὰρ μᾶλλον τὸν Αἴαντα μέγαν ἐνέφηνεν, — τῆς ἑπταβοείης ἀσπίδος. Id. § 105. Consultò certè ita scripsit Poëta, cùm (ut rectè annotavit *Barnesius*) facilè dicere potuisset, Αἴας δ' αὖ μέγας —.

Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.
Ἦ μὲν δὴ γίγνωσκε μάχης ἑτεραλκέα νίκην·
Ἀλλὰ καὶ ὧς ἀνέμιμνε, σάω δ' ἐρίηρας ἑταίρους.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω,
Αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει·
Ὣς τῶν ἐκ νηῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε·
Οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν· Ἕκτορα δ' ἵπποι
Ἔκφερον ὠκύποδες σὺν τεύχεσι· λεῖπε δὲ λαὸν
Τρωϊκὸν, οὓς ἀέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε.
Πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι
Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων.
Πάτροκλος δ' ἕπετο, σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων,
Τρωσὶ κακὰ φρονέων· οἱ δὲ ἰαχῇ τε φόβῳ τε

Observabat sagittarumque stridorem, et sonitum jaculorum.
Ac certè quidem jam videbat pugnae aliò-inclinatam victoriam:
Sed et sic manebat, servabatque charos socios.
Ut verò quandò ab Olympo nubes vadit in coelis,
Aetherem post serenum, cùm Jupiter nimbos-procellosos inducit:
Sic horum, à navibus *fugientium*, factus est clamorque fugaque:
Neque sine foedâ-clade *fossam* transibant rursùs: Hectorem autem equi
Efferebant veloces cum armis; deseruitque is populum
Trojanum, quos invitos profunda fossa coërcebat.
Multi verò in fossâ trahentes-currum veloces equi,
Fractos ad summum temonem liquerunt currus regum.
Patroclus autem insequebatur, vehementèr Danaos adhortans,
Trojanis mala cogitans: hi autem clamoreque fugâque

Ver. 361. Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.] Καὶ αὐτοί τε δὴ κατασκευάζουσιν οἱ ποιηταὶ ———, πρὸς χρῆμα ὁρῶντες, οἰκεῖα καὶ δηλωτικὰ τῶν ὑποκειμένων τὰ ὀνόματα, ——— καὶ μιμητικώτατα τῶν πραγμάτων· ὡς ἔχει ταυτὶ ——— "Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε "ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων." *Dionys. Halicarn.* περὶ συνθέσεως, § 16. Vide suprà ad β', 210. et ad γ', 363.

Ver. 363. Ἀλλὰ καὶ ὧς ἀνέμιμνε.] *Modò paululùm retrocedebat, modò adversus hostem consistebat;* vi scilicèt, non præpositionis solius, ut ait *Eustathius;* sed et temporis imperfecti. Vide suprà ad ϑ', 87. et ad ν', 84.

Ibid.—σάω.] *Barnesius* ex *Etymolog. Magn.* Σάω δ' ἐρίηρας ἑταίρους· ἔστι ῥῆμα, σόω, τὸ σώζω· τροπῇ γίνεται σάω· τὸ παθητικὸν σάομαι· ἐσαόμην, ἐσάου· καὶ τροπῇ Δωρικῇ τῆς ου εἰς ω, οὐ συναρχομένως σάω. Malè; secunda enim persona minimè hîc cum sententiâ congruit. Meliùs *Eustathius:* τὸ δὲ σάω ποιητικῶς ἀποκεκόπται ἐκ τοῦ σάωζεν, ὁ ἔστιν ἔσωζεν· ἵνα κατὰ μὲν τὸ ἀναύξητον, ἰωνίζηται ἡ λέξις· κατὰ δὲ τὴν ἀποκοπὴν αἰολίζηται.

Ver. 365. — ὅτε τε.] *Quando utique* ———.

Ibid. ——— τείνει.] Cod. *Harleian.* τείνῃ.

Ver. 366. ——— γένετο ἰαχή τε φόβος τε.] De ultimâ vocis, γένετο, hîc, item δὲ, *ver.* 373. productâ; vide suprà ad δ', 456.

Ver. 367. Οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν.] — οὐ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν οἱ Τρῶες· ἤγουν ἀτάκτως καὶ δυσδαιμόνως διεπέρων τὴν τάφρον ὡς φεύγοντες· ὅπερ ἐκεῖνος ἔφη, οὐ κατὰ κόσμον φεύξεσθαι. Ταὐτὰ γὰρ ὥσπερ μοῖρα καὶ κόσμος, οὕτω καὶ τὸ, οὐ κατὰ μοῖραν, καὶ τὸ, οὐ κατὰ κόσμον. *Eustath.* Cæterùm quâ ratione, κατὰ, hîc ultimam producat; item ὀρινόμενον, *ver.* 377. et Ἀντικρὺ, *ver.* 380. Vide suprà ad ά, 51. n. 8.

Ibid. — Ἕκτορα δ' ἵπποι Ἔκφερον ὠκύποδες.] Absurdè hîc *Spondanus:* ——— "*Homere, ubi* "*est tuus nunc Jupiter, cujus auxilio freti* "*Trojani paulò antè triumphabant? An idem* "*quoque cum Trojanis aufugit? aut ejus po-* "*tentia infirmata est?*" Quasi scilicèt hoc ipsum non prædixisset Jupiter.

Ver. 371. Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ.] Numero duali, binos in singulis curribus equos fuisse indicatur. Vide suprà ad ά, 566.

Πάσας πλῆσαν ὁδοὺς, ἐπεὶ ἄρ τμάγεν· ὕψι δ' ἀέλλα
Σκίδναθ' ὑπαὶ νεφέων· τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι
Ἄψοῤῥον προτὶ ἄστυ, νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.
Πάτροκλος δ', ᾗ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε λαὸν,
Τῇ ῥ' ἔχ' ὁμοκλήσας· ὑπὸ δ' ἄξοσι φῶτες ἔπιπτον
Πρηνέες ἐξ ὀχέων, δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον.
Ἀντικρὺ δ' ἀνὰ τάφρον ὑπέρθορον ὠκέες ἵπποι,
Ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,
Πρόσσω ἱέμενοι· ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός·
Ἵετο γὰρ βαλέειν· τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες ἵπποι.
Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθὼν
Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεὺς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,

Omnes implebant vias, postquam dissipati sunt: in altum autem procella *pulveris*
Spargebatur sub nubes; perniciterque currebant solidi-ungulis equi
Retrò ad urbem, à navibus et tentoriis.
Patroclus verò, quà plurimùm turbatum videbat populum,
Eà utique dirigebat *equos*, minacitèr-clamans: sub axibus autem viri cadebant
Proni de curribus, currusque cum-fragore-evertebantur.
E regione autem fossam transilierunt veloces equi,
Immortales, quos Peleo dii dederant praeclara dona,
Prorsùm pergere-cupientes: in Hectorem autem instigabat *eum* animus;
Cupiebat enim percutere: illum verò extulerunt veloces equi.
Ut verò à nimbo-procelloso tota nigra obruta-gravatur terra
Tempore autumnali, cùm rapidissimum fundit imbrem
Jupiter; quandò utique hominibus iratus saevit,

Ver. 374. —— ἐπεὶ ἄρ τμάγεν.] Vocula ista, ἄρ, nequaquam hîc supervacanea est; sed vim habet in *connectendâ sententiâ* cum eo quod præcessit, *ver.* 366. Ὡς τῶν ἐκ νηῶν γίνετο ἰαχή, &c.

Ibid. — ἄελλα.] Ita rectè edidit *Barnesius*. *Al.* ἀέλλη; malè: Nam apud *Homerum* ᾰ naturâ brevis, ut in μοῦσα, τάττω, ἄελλα, et similibus, nunquam mutatur in ή. Vide suprà ad β', 314. et 633. et ad ν', 192.

Ver. 379. —— ἀνεκυμβαλίαζον.] Οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶ, καὶ ὅτι τὸ ῥῆμα βομβῶδες ὂν, ἔμφασιν ἔχει τῆς μετὰ ἤχου τῶν ἁρμάτων ἀνατροπῆς. *Eustath.* Vide suprà ad γ', 363. et ad δ', 455.

Ver. 380. —— ἀνὰ.] *Al.* ἄρα.

Ibid. —— ὑπέρθορον.] *Al.* ὑπέκθορον.

Ver. 384. Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι.]

Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes; ruit arduus æther
Et pluviâ ingenti sata læta, boumque labores
Diluit: implentur fossæ et cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus æquor. *Georgic.* I, 322.

Ibid. —— βέβριθε.] Vide suprà ad ά, 57. et ad β', 314. *Al.* βέβρυχε· ut infrà ρ', 264.

Ver. 385. — ὀπωρινῷ.] Vide suprà ad ί, 5.

Ibid. —— λαβρότατον.] *Al.* λαυρότατον.

Ibid. —— χέει ὕδωρ Ζεὺς, —— κοτεσσάμενος —— σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.] Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς παραβολῆς ἐκφραστείδιόν τι ἔχει μεγάλου κατακλυσμοῦ, καὶ αἰτίαν αὐτοῦ ἠθικὴν, καὶ διδασκαλίαν εὐθυδικίας· ἢ ἐναντίον τὸ, Σκολιὰς κρίνειν θέμιστας· δῆλον δὲ ὅτι τε σεμναὶ πάντως αἱ τῆς εἰρημένης παραβολῆς ἔννοιαι· τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μεγάλων καὶ θείων πραγμάτων ἐκφράσεις, καὶ αἱ ἠθικαὶ παιδεύσεις· καὶ ὅτι σκοπὸς αὐτῇ, τοῦτο μόνον δηλῶσαι, ὡς αἱ Τρωϊκαὶ ἵπποι οὕτω ἀσθμαίνουσαι τῷ συντόνῳ δρόμῳ τῷ ἐκ τοῦ διώκεσθαι, καθὰ ἐν δεινῷ κατακλυσμῷ τῷ ἐκ θεομηνίας, χαράδραι μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι. *Eustath.*

Ver. 386. ——— ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι.] *Al.* ὅτε δή τ' ἄνδρεσσι. Cæterùm de isto δὴ, vide suprà ad β', 158.

Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες·
Τῶν δέ τε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι,
Ἐς δ' ἅλα πορφυρέην μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι
Ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ· μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων·
Ὣς ἵπποι Τρωαὶ μεγάλα στενάχοντο θέουσαι.
Πάτροκλος δ', ἐπεὶ οὖν πρώτας ἐπέκερσε φάλαγγας,
Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς, οὐδὲ πόληος
Εἴα ἱεμένους ἐπιβαινέμεν, ἀλλὰ μεσηγὺ
Νηῶν καὶ ποταμοῦ καὶ τείχεος ὑψηλοῖο
Κτεῖνε μεταΐσσων, πολέων δ' ἀπετίνυτο ποινήν.
Ἔνθ' ἤτοι Πρόνοον πρῶτον βάλε δουρὶ φαεινῷ,
Στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα.

Qui vi in foro perversa exercent judicia,
Justitiamque expellunt, deorum ultionem nihil verentes;
Horumque omnes quidem fluvii inundant fluentes,
Multasque montium-devexitates tunc abscindunt torrentes,
Et in mare purpureum valdè strepunt fluentes
Ex montibus in praeceps; corrumpunturque opera hominum:
Sic equae Trojanae valdè ingemiscebant currentes.
Patroclus autem, postquàm primas intercidisset phalangas,
Rursus ad naves coërcitos-egit retrorsùm, neque ad urbem
Sinebat cupientes ascendere, sed inter
Naves et fluvium et moenia sublimia
Occidebat rapidè-insequens, multorumque exigebat ultionem.
Tunc quidem Pronoum primum percussit hastâ fulgenti,
Pectore nudatum juxta clypeum: solvitque membra.

Ver. 387. 388. — *κρίνωσι — ἐλάσωσι.*] Cod. *Harleian.* κρίνουσι —— ἐλάσουσι.

Ver. 388. — *θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.*] *Deorum ultionem.* Sic *Odyss.* φ', 28.

—— οὐδὲ θεῶν ὄπιν ἠδέσατ' ———.

Et *Hesiod.* Ἔργ. καὶ ἡμέρ. I, 185:

—— οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες ———.

Et *Theogon. ver.* 222:

Πρίν γ' ἄπο τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅστις ἁμάρτῃ.

Ver. 390. —— *κλιτῦς.*] *Al.* κλειτῦς· Auctoribus non inidoneis. Quod autem *Barnesius* de *Metro*, nihili est. Ex κλῖνομαι enim tam rectè κλῖτὺς, quàm ex κέκλῐμαι, deducitur κλῐτὸς; ut λῦμα λῠτὸς, ex λύω, λέλῠμαι, &c. Vide suprà ad ά, 314. Sic *Odyss.* ί, 470:

Εἰ δέ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβὰς ———.

Ver. 391. —— *πορφυρέην.*] Vide suprà ad ά, 338. et 482.

Ver. 394. — *ἐπεὶ οὖν.*] Ἔστι δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ οὖν, ἀντὶ τοῦ δή· ἵνα εἴη τὸ, ἐπεὶ οὖν, ταὐτὸν τῷ, ἐπειδή. *Eustath.* Verùm non hîc supervacuum est istud οὖν. Eam enim ferè vim habet ἐπεὶ οὖν, ac si latinè dicas: *Postquam, ut dixi*; vel *Postquam, eo modo quo dixi* ———.

Ibid. —— *ἐπέκερσε.*] *Al.* ἀπέκερσε.

Ver. 395. *Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς, οὐδὲ πόληος Εἴα ἱεμένους ἐπιβαινέμεν.*] *Spondanus*, et *Eustathius*, et *Domina Dacier*, hæc de *Græcis* accipiunt; quasi *Patroclus* nimirùm partim, etsi non plenè, monitorum Achillis meminisset; suosque proindè, ne *Trojanos* ulteriùs insequerentur, urbemque aggrederentur, cohibuisset. Cum verò ἔεργε de hostibus propriùs dicatur, vocesque ἐπέκερσε et κτεῖνε ad *Trojanos* planè respiciant, nec ulla hîc Græcorum fiat mentio; istud, Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε, &c. de *Trojanis* potiùs à *Patroclo*, ne in urbem se reciperent, interclusis dictum crediderim.

Ver. 398. — *μεταΐσσων.*] *Al.* μεταΐγδην.

Ibid — *ἀπετίνυτο.*] Vide suprà ad γ', 279.

Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δὲ Θέστορα, Ἤνοπος υἱὸν,
Δεύτερον ὁρμηθεὶς, (ὁ μὲν εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ
Ἧστο ἀλεὶς· ἐκ γὰρ πληγῆ φρένας, ἐκ δ' ἄρα χειρῶν
Ἡνία ἠΐχθησαν· ὁ δ') ἔγχεϊ νύξε παραστὰς
Γναθμὸν δεξιτερὸν, διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν ὀδόντων·
Εἷλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος· ὡς ὅτε τις φὼς
Πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος, ἱερὸν ἰχθὺν
Ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ·
Ὣς εἷλκ' ἐκ δίφροιο κεχηνότα, δουρὶ φαεινῷ·
Κὰδδ' ἄρ' ἐπὶ στόμ' ἔωσε· πεσόντα δέ μιν λίπε θυμός.
Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύαλον ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ,
Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη
Ἐν κόρυθι βριαρῇ· ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ
Κάππεσεν· ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύμαντα, καὶ Ἀμφοτερὸν, καὶ Ἐπάλτην,
Τληπόλεμόν τε Δαμαστορίδην, Ἐχίον τε, Πύρην τε,
Ἰφέα τ', Εὔϊππόν τε, καὶ Ἀργεάδην Πολύμηλον,
Πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Fragorem verò *is* edidit cadens: *Patroclus* autem Thestorem, Enopis filium,
Iterum impetu-facto, (qui quidem eleganter-politâ in sellâ
Sedebat contractus; perculsus enim erat animo, ex manibusque
Habenae defluxerant; *Patroclus* autem *eum*) percussit cominùs
Malam dextram, perque ejus transegit dentes:
Traxit autem *eum* hastâ levatum super orbile-ad-sellam-currûs-fixum; veluti cùm vir
Scopulo in prominenti sedens, sacrum piscem
Ex ponto foràs lino et splendido aere:
Sic *hunc* traxit è curru hiantem *Patroclus* hastâ fulgenti;
Inque os *demum* excussit: lapsumque ipsum liquit anima.
Tum deinde Eryalum irruentem percussit *Patroclus* saxo,
Medio in capite; illudque in duas-partes totum diffissum est
In casside validâ: is itaque pronus in terram
Decidit; ipsumque mors circumfusa est exitialis.
Ac postea Erymanta, et Amphoterum, et Epaltem,
Tlepolemumque Damastoridem, Echiumque, Pyremque,
Ipheaque, Euïppumque, et Argeadem Polymelum,
Omnes alium-super-alium dejecit in terram almam.

Ver. 403. —— ἀλεὶς.] *Al.* ἀλείς.

Ibid. —— πλήγη.] Vide suprà ad γ', 31.

Ibid. —— ἐκ δ' ἄρα χειρῶν.] *Adeóque è manibus.*

Ver. 405. —— αὐτοῦ.] Γναθμοῦ δεξιτεροῦ.

Ver. 407. —— ἱερὸν ἰχθὺν.] Λέγει δὲ ἱερὸν ἰχθὺν, κατά τινας, ὧν καὶ Ἀριστοτέλης, τὸν Ἀνθίαν, οἷα σημαντικὸν ὄντα τοῦ ἄθηρον εἶναι τὴν θάλασσαν· ἐπεὶ ὅπου Ἀνθίας, ἐκεῖ οὐκ ἔστι θηρίον θαλάσσιον· ᾧ σημείῳ χρώμενοι, κατακολυμβῶσιν ἀδεῶς οἱ σπογγεῖς· καὶ τὸν ἰχθὺν, διὰ τοῦτο καλοῦσιν ἱερόν. *Eustath.* Sic et *Athenæus, Lib.* VII. *cap.* 7.

Ver. 411. —— Ἐρύαλον.] Cod. *Harleian.* Ἐρύλαον.

Ibid. — ἐπεσσύμενον.] *Al.* ἐπεσσύμενος.

Ibid. — βάλε πέτρῳ, Μέσσην κακκεφαλήν.]

—— mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit. —— *Æn.* IX, 750.

Ver. 416. —— Πύρην τε.] Cod. *Harleian.* Πύριν τε.

Ver. 418. —— πέλασε.] Vide suprà ad ά, 140.

Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν ἴδ' ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους
Χέρσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμέντας,
Κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισιν·
Αἰδὼς, ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετε; νῦν θοοὶ ἐστέ·
Ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος, ὄφρα δαείω,
Ὅστις ὅδε κρατέει· καὶ δὴ κακὰ πολλὰ ἔοργε
Τρῶας· ἐπεὶ πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἦ ῥα, καὶ ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε.
Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν, ἐπεὶ ἴδεν, ἔκθορε δίφρου.
Οἱ δ' ὥστ' αἰγυπιοὶ, γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι,
Πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχονται·
Ὡς οἱ, κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.
Τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην, ἄλοχόν τε·

Sarpedon autem, postquam vidit discinctos socios
Manibus Patrocli Menoetiadae domitos,
Adhortatus est eximios increpans Lycios:
" *Proh* pudor, ô Lycii, quò fugitis? nunc strenui estote:
" Occurram enim huic viro, ut intelligam,
" Quisnam iste victor-grassetur: utique jam malis multis affecit
" Trojanos: quippe multorumque et fortium genua solvit."
Dixit, et de curru cum armis desiliit in terram.
Patroclus verò alterâ-ex-parte, ut vidit, desiliit de curru.
Hi autem, sicut vultures duo, unguibus-aduncis, rostris-curvis,
Petrâ super excelsâ ingentem clangorem-edentes pugnant:
Sic hi, clamantes, alter in alterum irruebant.
Hos autem intuitus, misertus est Saturni filius versuti,
Junonemque allocutus est sororem uxoremque:

Ver. 419.—*Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν.*] *Barnesius* hîc ex uno MS. edidit Σαρπηδὼν ὡς οὖν, omissâ voculâ δὲ, quæ tamen hoc in loco, ad narrationem connectendam, videtur necessaria.

Ibid. —— *ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους.*] Vocem, *ἀμιτροχίτωνας*, ita explicat Domina *Dacier*: "*des gens, qui ont quitté leur cuirasse pour* "*mieux fuir.*" Mihi verò, non de iis, qui arma abjecerant, sed de gentis istius habitu singulari dicta videtur; ut ἑλκεσιπέπλους, λινοθώρηξ, &c. —— *ἀμιτροχίτωνας τοὺς τοιούτους λέγει, οὐχ ὡς ἀζώστους κατὰ τοὺς πρὸ ὀλίγων εἰρημένους· οὐδέποτε γὰρ μίτρα παρὰ τῷ ποιητῇ ἁπλῶς ἡ ζώνη· ἀλλὰ τοὺς μὴ ὑποζωννυμένους μίτρας τοῖς χιτῶσιν, ὅ ἐστι τοῖς θώραξιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ θώρακι συνηρτημένην ἔχοντας καὶ τὴν μίτραν, καὶ οὐ συμβλητὴν κατὰ τοὺς πολλούς· ὥστε τὸ ἀ ἐνταῦθα, καὶ στέρησιν δύναται δηλοῦν διὰ τὸ μὴ ὑποζώννυσθαι μίτρας, καὶ ἀντὶ τοῦ "ἅμα" δὲ λαμβάνεται διὰ τὸ ὁμοῦ τῷ θώρακι συνηρτῆσθαι αὐτάς.* *Eustath.*

Ver. 422.—*νῦν θοοὶ ἐστέ.*] Sententia hæc duplici modo accipi potest: Vel, ut *Lycios* ad fortiter se gerendos adhortetur *Sarpedon*; *Jam acres estote*: Vel, ut eorum ignaviam increpet, quòd in pugnâ segnes essent, in fugâ celeres; *Jam celeres estis*: Atque ita *Eustathius*: Ὀνειδίζει δὲ ὁ λόγος, τοὺς ἀνδρίζεσθαι μὲν βραδεῖς, ὀξυκινήτους δὲ φεύγειν.

Ver. 423. —— *τοῦδ' ἀνέρος* —— *Ὅστις ὅδε κρατέει.*]

Unus homo ——————
—— tantas strages impunè per urbem
Ediderit? juvenum primos tot miserit
Orco? *Æn.* IX, 785.

Ver. 424.—*καὶ δὴ κακὰ.*] Vide suprà ad ξ', 433.

Ver. 428.——*αἰγυπιοὶ,* —— *κλάζοντε*] *Duo* scilicèt *vultures*. Vide suprà *ver.* 371. et ad ά, 566. Nec alitèr rectè instituta esset comparatio.

Ver. 429. —— *μάχονται.*] *Al. μάχωνται.*

Ver. 432. —— *κασιγνήτην, ἄλοχόν τε.*]

——— Jovis ———
Et soror et conjux ——. *Æn.* I, 50.

Ὢ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον ἀνδρῶν,
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.
Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε, φρεσὶν ὁρμαίνοντι,
Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης
Θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐνὶ πίονι δήμῳ,
Ἦ ἤδη ὑπὸ χερσὶ Μενοιτιάδαο δαμάσσω.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;
Ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ,
Ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι;
Ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Αἴκε ζωὸν πέμψῃς Σαρπηδόνα ὅνδε δόμονδε,
Φράζεο, μή τις ἔπειτα θεῶν ἐθέλῃσι καὶ ἄλλος
Πέμπειν ὃν φίλον υἱὸν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης·

" Hei mihi, cùm mihi Sarpedonem, charissimum hominum,
" In fatis *sit* à Patroclo Menoetiade domari.
" Bifariàm autem animus mihi fertur, in praecordiis versanti,
" Utrúmne ipsum vivum pugnâ è lacrymosâ
" Ponam abreptum Lyciae in opulento populo,
" An jam sub manibus Menoetiadae domem."
Huic autem respondit deinde magnis-oculis veneranda Juno:
" Importunissime Saturnie, quale verbum dixisti?
" Virumne mortalem, jam-olim destinatum fato,
" Iterùm *nunc* vis à morte tristi liberare?
" Fac: at non ubi omnes assentiemur dii caeteri.
" Aliud autem tibi dicam, tu verò animo reconde tuo;
" Si vivum dimiseris Sarpedonem suam ad domum,
" Perpende, ne quis posthàc deorum velit et alius
" Abducendum-curare suum charum filium ex aspero proelio:

Ver. 433. Ὢ μοι ἐγὼν.] Vituperat hîc *Plato* non locutionem Poeticam, sed rem ipsam. — δεισόμεθα [Ὁμήρου] μή τοι — τὸν — μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι, ὥστε, — φάναι —— " Αἲ αἲ ἐγὼν, ὅτε " μοι Σαρπηδόνα φίλτατον, ἀνδρῶν Μοῖρ' ὑπὸ " Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι." *De Republ. lib.* 3. Ubi notandum legisse hîc *Platonem*, Αἲ αἲ ἐγὼν ———.

Ver. 436. Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης Θείω ἀναρπάξας.]
Hunc tegere, et diræ valeam subducere pugnæ. *Æn.* X, 50.
" *Homerus querentem Jovem inducit, quòd* " *Sarpedonem filium à morte contrà fatum* " *eripere non posset.*" Cic. de Divinat. lib. 2. At non hîc *querentem* inducit Jovem, quòd filium à morte liberare *nequeat*; sed *dubitantem*, an hoc ipsum facere *oporteat* contra fatum. Ut rectè observavit *Victorius*, *Var. Lect. Lib.* 34. *cap.* 24.

Ver. 437. — ἀναρπάξας.] Vocem hanc vertit Domina *Dacier* "*tout d'un coup.*" Minùs rectè.

Ver. 439. —— βοῶπις.] Vide suprà ad ά, 43. 58. et 551.

Ver. 440. —— ἔειπες.] *Al.* ἔειπας.

Ver. 445. Αἴκε ζωὸν πέμψῃς.] Pronuntiabatur, ut opinor, ζῶν. Atque ita etiam scribendum conjicit Vir doctus *Henricus Stephanus* (etsi absque Exemplarium auctoritate nihil mutare est ausus) ex ί, 887. " Quid- " ni," inquit, " hîc ζῶν scribamus, non " ζωὸν; ut *Il.* ί, *ver.* 887. Ἤ κεν ζῶς ἀ- " μενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῇσι, scriptum esse " videmus?" Quin et eo versimilius est aut scribendum aut saltem pronuntiandum ζῶν, quod in duobus MSS. scriptum repperit *Barnesius*, Αἴκεν ζωὸν πέμψῃς. Porrò *Eustathius* in Commentario legit, Αἴκεν ζῶντα πέμψῃς.

Πολλοὶ γὰρ περὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο μάχονται
Υἱέες ἀθανάτων, τοῖσιν κότον αἰνὸν ἐνήσεις.
Ἀλλ' εἴ τοι φίλος ἐστὶ, τεὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ,
Ἤτοι μέν μιν ἔασον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
Χέρσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι·
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόνγε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰὼν,
Πέμπειν μιν Θάνατόν τε φέρειν, καὶ νήδυμον Ὕπνον,
Εἰσόκε δὴ Λυκίης εὐρείης δῆμον ἵκωνται·
Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε,
Τύμβῳ τε, στήλῃ τε· τὸ γὰρ, γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε,
Παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
Φθίσειν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης.

"Multi enim circum urbem magnam Priami pugnant
"Filii immortalium, quibus iram gravem injicies.
"Sed si *hic* tibi dilectus est, tuumque *vicem ejus* miseratur cor:
"Eum quidem sinito in asperâ pugnâ
"Manibus sub Patrocli Menoetiadae domari:
"At postquam jam eum reliquerit animaque et vita,
"Mitte eum ut Mors ferat, et suavis Somnus,
"Donec Lyciae latae ad populum pervenerint:
"Ibi ei exequias-facient fratresque, amicique,
"*Cum* tumuloque, cippoque: hic enim honor est mortuorum."
Sic dixit: neque non-obsecutus-est pater hominumque deûmque:
Cruentas autem guttas demisit in terram,
Filium dilectum honorans, quem ei Patroclus erat
Interempturus in Trojâ glebosâ, procul à patriâ.

Ver. 449. —— ἀθανάτων.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 450. — φίλος ἐστὶ] *Al.* φίλον ἐστί.

Ver. 451. — ἔασον.] Vide suprà ad δ', 42.

Ver. 453. Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόνγε.]

Post ego nube cavâ miserandæ corpus et arma
Inspoliata feram tumulo, patriæque reponam. *Æn.* XI, 593.

Ver. 456. — ταρχύσουσι.] *Al.* ταρχύσωσι.

Ver. 459. Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.] Portentum, *pluvia sanguinea*, ut suprà λ', 53. Similitèr apud *Hesiodum*:

Κάδδ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας
Σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ μεγαθαρσέϊ παιδί.
Ἀσπὶς Ἡρακλ. *ver.* 384.

Τάγε μὴν ἐπὶ Σαρπηδόνι δάκρυα, λύπην μὲν οὐ καταψεύδεται θεοῦ, ὃ καὶ παρ' ἀνθρώποις νόσημα· αὐτῷ δὲ βουλομένῳ τ' ἀκριβὲς ἐρευνᾷν, ἐπινοεῖται τρόπος ἀλληγορουμένης ἀληθείας. Πολλάκις γὰρ ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν μεγάλων πραγμάτων, ἱστοροῦσι τεράστια τῷ βίῳ συμφέρεσθαι σημεῖα, ποταμῶν τε καὶ πηγῶν καὶ ναμάτων αἱμοφρύκτοις ῥεύμασιν ἐκμιαινομένων· ὥστ' ἐπ' Ἀσωποῦ τε καὶ Δίρκης παραδιδόασιν οἱ παλαιοὶ μῦθοι. Λόγος δ' ἔχει καὶ κατὰ νεφῶν ψεκάδας ὕεσθαι, φόνου τισὶ κηλῖσιν ἐπικεχρωσμένας. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μεταβολὴ τῆς μάχης ἀθρόαν φυγὴν ἐμποιήσειν ἔμελλε τοῖς βαρβάροις, ἐγγὺς δ' ἦν ὁ τοῦ κατ' ἀλκὴν ἀρίστου Σαρπηδόνος ὄλεθρος, ὡσπερεὶ τεράστια προὐφάνη ταύτης τῆς συμφορᾶς ἀγγελτικά, "Αἱματοέσσας "δὲ ψεκάδας κατέχευεν ἔραζε." Τοῦτον δὴ τὸν φονέα ὄμβρον, ἀλληγορικῶς εἴρηκεν αἰθέρος δάκρυα· Διὸς μὲν οὐ, ἄκλαυστος γὰρ, ἐκ δὲ τῶν ὑπεράνω τόπων, ὡσπερεὶ θρήνοις μεμιγμένου καταῤῥαγέντος ὑετοῦ. *Heraclid. Pontic.* Cæterùm observandum, legisse hîc *Heracliden*, Αἱματοέσσας δὲ ψεκάδας ———.

Ver. 460. — τόν οἱ.] Quâ ratione, τὸν, ultimam hîc, etiam extra cæsuram, producat; item δὲ, *ver.* 475. et Αἴθωνα, *ver.* 488. et μιν, *ver.* 502. vide suprà ad ά, 51. *Al.* τόν ῥ' οἱ.

Ver. 461. Φθίσειν.] De hujus vocis prosodiâ, vide suprà ad β'. 43 et 833.

Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
Ἔνθ' ἤτοι Πάτροκλος μὲν ἀγακλειτὸν Θρασύμηλον,
Ὅς ῥ' ἠῢς θεράπων Σαρπηδόνος ἦεν ἄνακτος,
Τὸν βάλε νείαιραν κατὰ γαστέρα· λῦσε δὲ γυῖα.
Σαρπηδὼν δ' αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ,
Δεύτερος ὁρμηθείς· ὁ δὲ Πήδασον οὔτασεν ἵππον
Ἔγχεϊ δεξιὸν ὦμον· ὁ δ' ἔβραχε θυμὸν ἀΐσθων·
Κὰδδ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακὼν, ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός.
Τὼ δὲ διαστήτην· κρίγε δὲ ζυγὸν, ἡνία δέ σφι
Σύγχυτ', ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι.
Τοῖο μὲν Αὐτομέδων δουρικλυτὸς εὕρετο τέκμωρ,
Σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ,
Ἀΐξας ἀπέκοψε παρήορον· οὐδ' ἐμάτησε.
Τὼ δ' ἰθυνθήτην, ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν·
Τὼ δ' αὖτις συνίτην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο.
Ἔνθ' αὖ Σαρπηδὼν μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ,
Πατρόκλου δ' ὑπὲρ ὦμον ἀριστερὸν ἤλυθ' ἀκωκὴ
Ἔγχεος, οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν· ὁ δ' ὕστερος ὤρνυτο χαλκῷ
Πάτροκλος· τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός,

Hi autem cùm jam propè erant alter-in-alterum irruentes,
Tum Patroclus quidem inclytum Thrasymelum,
Qui strenuus famulus Sarpedonis erat regis,
Hunc (*inquam*) percussit imum ad ventrem; solvitque membra.
Sarpedon verò à *Patroclo* quidem aberravit hastâ fulgenti,
Secundus impetum-faciens; at Pedasum vulneravit equum
Hastâ dextrum *in* humerum; is autem gemuit animam expirans;
Deciditque in pulvere ejulans, avolavitque anima.
Duo autem *reliqui equi* dissultabant; crepuitque jugum, habenaeque ipsis
Confundebantur, quoniam jacebat equus-exterioris-lori in pulveribus.
Ac hujus-rei quidem Automedon hastâ-inclytus invenit finem,
Educto *nempè* longo ense robusto à femore,
Insurgens abscidit equum *istum* extra-jugalem; neque segniter-agebat.
Itaque *bini equi iterùm* aptè-compositi-stabant, inque habenis directi-erant:
Patroclus verò *et Sarpedon* rursùs congressi-sunt pugnâ in exitiosâ.
Tum Sarpedon quidem aberravit hastâ fulgenti,
Patroclique supra humerum sinistrum abiit cuspis
Hastae, neque percussit ipsum: posterior autem irruit aere
Patroclus: hujus autem non irritum telum effugit manu,

Ver. 463. Θρασύμηλον.] Ita ex duobus MSS. edidit *Barnesius*. Atque ita in Commentario legit *Eustathius*. *Al.* Θρασυμήδην. At *Nestoris* filio nomen erat *Thrasymedes*, suprà ί, 81. Quare Θρασύμηλον videtur potior Lectio.

Ver. 469. — ἐν κονίῃσι.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 470. — κρίγε.] Vide suprà ad β', 314.

Ver. 471. —— παρήορος.] Vide suprà ad *ver.* 152.

Ver. 473. Σπασσάμενος.] Ita edidit *Barnesius*. *Vulgg.* Σπασάμενος. Minùs rectè. Primam enim corripit.

Ver. 474. Ἀΐξας ἀπέκοψε.] Vide suprà ad θ', 87.

Ver. 478. — ἤλυθ'.] Vide suprà ad ό, 454. et ad ά, 37.

Ver. 479. — ὤρνυτο.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 480. —— τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος.]
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies. ———— *Æn.* IX, 747.

Ἀλλ' ἔβαλ', ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ·
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς,
Ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι·
Ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς,
Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
Ἠΰτε ταῦρον ἔπεφνε λέων ἀγέληφι μετελθὼν,
Αἴθωνα, μεγάθυμον ἐν εἰλιπόδεσσι βόεσσιν,
Ὤλετό τε στενάχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος·
Ὣς ὑπὸ Πατρόκλῳ Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων
Κτεινόμενος μενέαινε, φίλον δ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον·
Γλαῦκε πέπον, πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι, νῦν σε μάλα χρὴ
Αἰχμητήν τ' ἔμεναι, καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν·
Νῦν τοι ἐελδέσθω πόλεμος κακὸς, εἰ θοός ἐσσι.
Πρῶτα μὲν ὄτρυνον Λυκίων ἡγήτορας ἄνδρας,
Πάντη ἐποιχόμενος, Σαρπηδόνος ἀμφιμάχεσθαι·
Αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ πέρι μάρναο χαλκῷ.
Σοὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα κατηφείη καὶ ὄνειδος

Sed percussit, ubi utique praecordia complectuntur densum cor:
Cecidit autem, sicut quandò aliqua quercus cadit, vel populus,
Vel pinus alta, quam in montibus fabri
Exciderunt securibus recèns-exacutis, navale-lignum ut sit:
Sic ille ante equos et currum jacebat porrectus,
Dentibus-frendens, pulvere manibus-prehenso sanguinolento.
Veluti taurum interficit leo armento superveniens,
Fulvum, magnanimum inter flexipedes boves,
Peritque *is* gemens sub maxillis leonis;
Sic à Patroclo Lyciorum ductor clypeatorum
Interfectus indignante-animâ-gemebat, charumque nomine vocabat socium:
" Glauce charissime, bellator inter viros, nunc te admodùm oportet
" Pugnacemque esse, et audacem bellatorem:
" Nunc tibi cordi-sit pugna gravis, si proelio-impiger es.
" Primùm quidem adhortare Lyciorum ductores viros,
" Quaquaversùm obiens, pro Sarpedone proeliari:
" Quin deinceps et ipse super me pugnes aere.
" Tibi enim ego etiam posthàc pudor et opprobrium

Ver. 481. ——— ἔρχαται.] Καθείργνυνται. *Eustath.* Nempe ab εἴργω, non ab ἔρχομαι, deducitur ἔρχαται· ut rectè hîc annotavit *Barnesius.*

Ver. 482. Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις — πίτυς.] Vide suprà ad ν', 389.

Concidit; ut quondam cava concidit, aut Erymantho,
Aut Idâ in magnâ, radicibus eruta pinus.
Æn. V, 448.

Ver. 483. —— τήν τ'.] *Quam scilicèt* ——.

Ver. 485. Ὣς ὁ ——— κεῖτο τανυσθεὶς, Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.]

——— cadit atque cruentam
Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat. *Æn.* XI, 669.

Ver. 488. —— ἐν εἰλιπόδεσσι.] *Al.* ἐπ' εἰλιπόδεσσι.

Ver. 491. Κτεινόμενος.] *Quum interficeretur.*

Ver. 495. — ὄτρυνον.] Vide suprà ad ν', 44.

Ver. 496. Πάντη ἐποιχόμενος.] Cod. *Harleian.* Πάντας ἐποιχόμενος. Sed et iterùm occurrit Πάντη ἐποιχόμενος, infrà *ver.* 533.

Ἔσσομαι ἤματα πάντα διαμπερὲς, εἴκε μ' Ἀχαιοὶ
Τεύχεα συλήσωσι, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.
Ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅπαντα.
Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψεν,
Ὀφθαλμοὺς, ῥῖνάς θ'· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων,
Ἐκ χροὸς εἷλκε δόρυ, προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο·
Τοῖο δ' ἅμα ψυχήν τε, καὶ ἔγχεος ἐξέρυσ' αἰχμήν.
Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας,
Ἱεμένους φοβέεσθαι, ἐπεὶ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων.
Γλαύκῳ δ' αἰνὸν ἄχος γένετο φθογγῆς ἀΐοντι·
Ὠρίνθη δέ οἱ ἦτορ, ὅτ' οὐ δύνατο προσαμῦναι.
Χειρὶ δ' ἑλὼν ἐπίεζε βραχίονα· τεῖρε γὰρ αἰνῶς
Ἕλκος, ὅ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ,
Τείχεος ὑψηλοῖο ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων.
Εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι·
Κλῦθι, ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ

" Ero dies omnes perpetuò, si quidem mihi Achivi
" Arma detraxerint, in hoc ad naves certamine interfecto.
" Verùm capesse *pugnam* strenuè, adhortareque populum omnem.'
Sic ipsum locutum finis mortis texit,
Oculos, naresque; *Patroclus* nempè, calcè pectoribus impresso,
E corpore traxit hastam, praecordiaque ipsam *adhaerentia* sequebantur;
Ejusque simul animamque, et hastae evulsit cuspidem.
Myrmidones autem illic detinuerunt *ejus* equos anhelantes,
Cupientes fugere, postquam reliquissent currus dominorum *suorum*.
Glauco verò gravis dolor ortus est vocem *amici* audienti:
Commotum autem est ei cor, quòd non posset opem-ferre.
Manu autem prehendens *eum* stringebat *sibi* brachium: affligebat enim eum gravitèr
Vulnus, quod jam ei Teucer irruenti inflixerat sagittâ, 511
E muro excelso malum à sociis propulsans.
Precans autem dixit longè-jaculanti Apollini:
" Exaudi, rex, qui alicubi Lyciae in opulento populo

Ver. 500. —— νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.] Vituperat hîc *Homerum Terrassonus*, quòd *Sarpedonem*, etsi longè à navibus absentem, tamen *medias se inter naves occidisse* dicentem introducat. " Les Commentateurs" (inquit) " —ont dit là-dessus, que Sarpedon rêvoit, " étant à l'article de la mort.—Ainsi, Homére n' a point d' autre raison pour faire " dire à Sarpedon qu'il meurt au milieu des " vaisseaux, quoiqu'il fut bien loin de là; " si non que c'est un vers tout fait, une formule employée au 15e Livre, au sujet de " Caletor tué effectivement au milieu des " vaisseaux; νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα· ό, 428." *Dissert. sur l'Iliade, Part* IV. *cap.* 6. Verùm, ut opinor, " νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα" utrobique, non est, " *medias inter naves*, sed, " *in certamine de navibus, stratum*." Atque ita hîc accipit Domina *Dacier*: " Il " me paroit que —— νεῶν ἐν ἀγῶνι peut signifier fort naturellement, *à l'attaque des* " *vaisseaux*." Alteram tamen explicandi rationem sequitur *Eustathius*, Τὸ δὲ, " νεῶν " ἐν ἀγῶνι πεσόντα," μιμητικῶς ἔψευσται· ἔξω μὲν γὰρ καὶ τῆς τάφρου ἐν τῇ πεδιάδι πίπτει, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀθροίσματι καὶ τῇ ἀγορᾷ τῶν νεῶν. Ὁ δὲ ἤδη τεταραγμένος τὸ φρονεῖν, ἄλλως λέγει· ἤδη γὰρ πρὸς τῷ θνήσκειν ἐστί.

Ver. 502. —— τέλος θανάτοιο κάλυψεν Ὀφθαλμούς.]

Olli dura quies oculos et ferreus urget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. *Æn.* XII, 309.

Ver. 510. —— αἰνῶς.] *Al.* αὐτόν.

Ver. 511. — ὅ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ.] Suprà, μ', 387.

Ver. 513. —— ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι.] Cod. *Harleian.* ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

Εἶς, ἢ ἐνὶ Τροίῃ· δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν
Ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει.
Ἕλκος μὲν γὰρ ἔχω τόδε καρτερὸν, ἀμφὶ δέ μοι χεὶρ
Ὀξείῃς ὀδύνῃσιν ἐλήλαται, οὐδέ μοι αἷμα
Τερσῆναι δύναται· βαρύθει δέ μοι ὦμος ὑπ' αὐτοῦ·
Ἔγχος δ' οὐ δύναμαι σχεῖν ἔμπεδον, οὐδὲ μάχεσθαι
Ἐλθὼν δυσμενέεσσιν· ἀνὴρ δ' ὤριστος ὄλωλε,
Σαρπηδὼν, Διὸς υἱός· ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει.
Ἀλλὰ σὺ πέρ μοι, ἄναξ, τόδε καρτερὸν ἕλκος ἄκεσσαι,
Κοίμησον δ' ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος, ὄφρ' ἑτάροισι
Κεκλόμενος Λυκίοισιν ἐποτρύνω πολεμίζειν·
Αὐτός τ' ἀμφὶ νέκυϊ κατατεθνειῶτι μάχωμαι.
  Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας, ἀπὸ δ' ἕλκεος ἀργαλέοιο
Αἷμα μέλαν τέρσηνε, μένος δέ οἱ ἔμβαλε θυμῷ.
Γλαῦκος δ' ἔγνω ᾗσιν ἐνὶ φρεσὶ, γήθησέν τε,

"Es, vel in Trojâ: potes autem tu undecunque auscultare
"Viro dolenti, sicut nunc me dolor invadit.
"Vulnus enim habeo hoc grave, undique autem mihi manus
"Acutis doloribus transfixa est, neque mihi sanguis
"Siccari potest; gravatur autem mihi humerus per ipsum:
"Hastam autem non possum sustinere firmitèr, neque pugnare
"Congressus cum hostibus: Vir autem fortissimus periit,
"Sarpedon, Jovis filius: ille verò nè suo quidem filio opem-fert.
"Sed tu saltem mihi, rex, huic gravi vulneri medere;
"Sopi autem dolores, praebeque vires; ut socios
"Adhortans Lycios excitem ad pugnandum;
"Ipseque de cadavere mortuo pugnem."
Sic dixit precans; hunc autem exaudivit Phoebus Apollo:
Statim sedavit dolores, à vulnere autem gravi
Sanguinem atrum siccavit, fortitudinemque immisit animo.
Glaucus autem agnovit suâ mente, laetatusque est,

Ver. 515. —— *δύνασαι δὲ σὺ.*] Ita ex uno MS. edidit *Barnesius*. *Al.* *δύνασαι δέ τε.*

Ver. 518. 521. —— *ἐλήλαται,* —— *ὄλωλε.*] Vide suprà ad *κ'*, 186, 187. et ad *ά*, 37.

Ver. 521. —— *ἀνὴρ δ' ὤριστος.*] Cod. *Harleian.* *ἀνὴρ δ' ὃς ἄριστος.*

Ver. 523. — *ἕλκος.*] Cod. *Harleian.* *ἄλγος.*

Ver. 524. — Κοίμησον.] Ita edidit *Barnesius* ex *ζ'*, 236. *Al.* Κοίμισον· ut opinor, minùs rectè: Vide suprà ad *ά*, 140. Cæterùm Codex *Harleianus* hîc legit Κοίμισσον.

Ver. 526. —— *ἀμφὶ νέκυϊ.*] Malè hîc *Barnesius*: "Pes (inquit) *Proceleusmaticus* pro "*Anapæsto.*" Quasi scilicèt syllabæ duæ *κυϊ* in unam facilè coalescere non possent. Vide suprà ad *ver.* 321.

Ibid. — *νέκυϊ κατατεθνειῶτι.*] Non esse hoc *ταυτολόγον* ex Scriptoribus Tragicis liquet, quorum locutio Sermoni propior est:

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς.
Sophocl. Antigon. 525.

Ibid. —— *κατατεθνειῶτι.*] Vide suprà ad *ά*, 265. ad *β'*, 818. et ad *ζ'*, 464.

Ver. 527. *Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.*]

Dixit: opemque Dei non cassa in vota vocavit. *Æn.* XII, 780.

Ver. 528. *Αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας.*]

———— subitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.
—— atque novæ rediere in pristina vires.
Æn. XII, 421.

Ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο.
Πρῶτα μὲν ὤτρυνεν Λυκίων ἡγήτορας ἄνδρας,
Πάντη ἐποιχόμενος, Σαρπηδόνος ἀμφιμάχεσθαι.
Αὐτὰρ ἔπειτα μετὰ Τρῶας κίε, μακρὰ βιβάσθων,
Πουλυδάμαντ' ἐπὶ Πανθοΐδην, καὶ Ἀγήνορα δῖον·
Βῆ δὲ μετ' Αἰνείαν τε, καὶ Ἕκτορα χαλκοκορυστὴν,
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἕκτορ, νῦν δὴ πάγχυ λελασμένος εἰς ἐπικούρων,
Οἳ σέθεν εἵνεκα, τῆλε φίλων, καὶ πατρίδος αἴης,
Θυμὸν ἀποφθινύθουσι· σὺ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐπαμύνειν.
Κεῖται Σαρπηδὼν, Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων,
Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ·
Τὸν δ' ὑπὸ Πατρόκλῳ δάμασ' ἔγχεϊ χάλκεος Ἄρης.
Ἀλλὰ, φίλοι, πάρστητε, νεμεσσήθητε δὲ θυμῷ,
Μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν
Μυρμιδόνες, Δαναῶν κεχολωμένοι, ὅσσοι ὄλοντο,
Τοὺς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἐπέφνομεν ἐγχείῃσιν.
Ὣς ἔφατο· Τρῶας δὲ κατακρῆθεν λάβε πένθος
Ἄσχετον, οὐκ ἐπιεικτὸν, ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος
Ἔσκε, καὶ ἀλλοδαπός περ ἐών· πολέες γὰρ ἅμ' αὐτῷ

Quòd se citò exaudiverat magnus deus precatum.
Primùm quidem excitavit Lyciorum ductores viros,
Quaquaversùm obiens, *ut* super Sarpedone proeliarentur.
Deinde verò Troas accersitum ibat, magnis-passibus gradiens,
Polydamanta ad Panthoedem et Agenora nobilem:
Accersitum etiam ivit Aeneamque et Hectorem aere-armatum,
Propè autem stans verbis alatis allocutus est:
" Hector, nunc jam omninò oblitus es sociorum,
" Qui te propter, procul ab amicis, et patriâ terrâ,
" Animam deperdunt: tu verò non vis malum propulsare.
" Jacet Sarpedon, Lyciorum ductor clypeatorum,
" Qui Lyciam tuebatur jusque-dicendo et virtute suâ:
" Hunc utique sub Patroclo domuit hastâ aereus Mars.
" Sed, amici, adeste, indignaminique animo,
" Ne arma abstulerint, indignisque modis acceperint mortuum
" Myrmidones, de Danais irati, quotquot perierunt,
" Quos apud naves veloces interfecimus hastis."
Sic dixit: Trojanos verò prorsùs occupavit dolor
Intolerabilis, cedere-nescius; quippe ipsis columen urbis
Erat, alienigena licèt existens: Multae enim illum

Ver. 534. —— *μακρὰ βιβάσθων.*] Vide suprà ad γ', 22.

Ver. 537. — *ἱστάμενος ἔπεα.*] Quâ ratione, *ἱστάμενος*, hîc ultimam producat; item *Αἴαντι*, *ver.* 556. et *ὤμοιϊν*, *ver.* 560. et *Τρῶες*, *ver.* 569. et *Ἀχιλλῆϊ*, *ver.* 575. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 540. — *ἀποφθινύθουσι.*] Vide suprà ad β' 43.

Ibid. —— *ἐπαμύνειν.*] *Al.* *ἐπαμῦναι.*

Ver. 545 — 559. —— *ἀεικίσσωσι* —— *ἀεικισσαίμεθ'.*] Rectè (ut opinor) cum duplici σ. Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 548. —— *κατακρῆθεν.*] —— *κατάκρηθεν, ἤγουν κατάκρης, ὡς ἀλλαχοῦ κεῖται· ἢ κατακρῆθεν προπερισπωμένως ἀντὶ τοῦ κατὰ κάρηθεν, καὶ ἐν συγκοπῇ κατακρῆθεν, ὅ ἐστι κατὰ κεφαλῆς λάβε πένθος.* *Eustath.*

Λαοὶ ἕποντ᾽, ἐν δ᾽ αὐτὸς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
Βὰν δ᾽ ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι· ἦρχε δ᾽ ἄρα σφιν
Ἕκτωρ, χωόμενος Σαρπηδόνος· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
Ὦρσε Μενοιτιάδαο Πατροκλῆος λάσιον κῆρ·
Αἴαντε πρώτω προσέφη, μεμαῶτε καὶ αὐτώ·
Αἴαντε, νῦν σφῶϊν ἀμύνεσθαι φίλον ἔστω,
Οἷοί περ πάρος ἦτε μετ᾽ ἀνδράσιν, ἢ καὶ ἀρείους.
Κεῖται ἀνὴρ, ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν,
Σαρπηδών· ἀλλ᾽ εἴ μιν ἀεικισσαίμεθ᾽ ἑλόντες,
Τεύχεά τ᾽ ὤμοιϊν ἀφελοίμεθα, καί τιν᾽ ἑταίρων,
Αὐτοῦ ἀμυνομένων δαμασαίμεθα νηλέϊ χαλκῷ.
Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀλέξασθαι μενέαινον.
Οἱ δ᾽ ἐπεὶ ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας,
Τρῶες καὶ Λύκιοι, καὶ Μυρμιδόνες καὶ Ἀχαιοὶ,
Σύμβαλον ἀμφὶ νέκυϊ κατατεθνειῶτι μάχεσθαι,
Δεινὸν ἀΰσαντες· μέγα δ᾽ ἔβραχε τεύχεα φωτῶν.
Ζεὺς δ᾽ ἐπὶ νύκτ᾽ ὀλοὴν τάνυσε κρατερῇ ὑσμίνῃ,
Ὄφρα φίλῳ περὶ παιδὶ μάχης ὀλοὸς πόνος εἴη.
Ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς·

Copiae sequebantur, inter quas ipse fortissimus erat in pugnâ.
Ibant autem rectà in Danaos ardentes: praeibatque ipsis
Hector, iratus de Sarpedone: At Achivos
Concitabat *ad certamen* Menoetiadae Patrocli animosum cor:
Ajaces primos allocutus est, animis-incitatos etiam per-se:
"Ajaces, jam vobis hostes propulsare cordi sit,
"Quales quidem anteà eratis inter viros, vel et fortiores.
"Jacet vir, qui primus insiliit in murum Achivorum,
"Sarpedon; sed *ô* si ipsum contumeliâ-afficere potuerimus ablatum,
"Armaque ab humeris auferre, et aliquem sociorum
"Ab eo *nos* propulsantium domare saevo aere."
Sic dixit: Hi verò etiam per-se *hostes* arcere promptis-erant-animis.
Postquam autem utrinque firmârant phalangas,
Trojani et Lycii, et Myrmidones et Achivi;
Concurrerunt super cadavere mortuo pugnaturi,
Horrendùm clamantes: ingenti autem fragore sonuerunt arma virorum.
Jupiter verò noctem perniciosam extendit super asperâ pugnâ,
Ut dilecto de filio pugnae perniciosus labor esset.
Moverunt autem loco priores Trojani nigros-oculis Achivos:

Ver. 552. —— ἦρχε δ᾽ ἄρα.] *Præibatque, ut solitus est.*

Ver. 555. —— μεμαῶτε] Vide suprà ad ν΄, 46.

Ver. 556. Αἴαντε, νῦν σφῶϊν ———— Οἷοί περ πάρος ἦτε.]

———— nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Gaetulis syrtibus usi. *Æn.* V, 191.

Ver. 558. Κεῖται ἀνὴρ, ὃς πρῶτος.]

—— Cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in adversos telum qui torserat hostes. *Æn.* XII, 461.

Ver. 563. — ἐκαρτύναντο.] De hujus vocis prosodiâ, vide suprà ad λ΄, 215.

Ver. 565. ——— νέκυϊ κατατεθνειῶτι.] Vide suprà ad *ver.* 526. et ad β΄, 818.

Ver. 566. — μέγα δ᾽ ἔβραχε τεύχεα φωτῶν.]

——————— et arma
Horrendùm sonuere. — *Æn.* IX, 731.

Cæterùm de voce, ἔβραχε, et similibus; vide suprà ad δ΄, 125 et 455.

Βλῆτο γὰρ οὔτι κάκιστος ἀνὴρ μετὰ Μυρμιδόνεσσιν,
Υἱὸς Ἀγακλῆος μεγαθύμου, δῖος Ἐπειγεὺς,
Ὅς ῥ' ἐν Βουδείῳ εὐναιομένῳ ἤνασσε
Τοπρίν· ἀτὰρ τότε γ' ἐσθλὸν ἀνεψιὸν ἐξεναρίξας
Ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε, καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν·
Οἵ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι πέμπον ἕπεσθαι
Ἴλιον εἰς εὔπωλον, ἵνα Τρώεσσι μάχοιτο.
Τόν ῥα τόθ' ἁπτόμενον νέκυος βάλε φαίδιμος Ἕκτωρ
Χερμαδίῳ κεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη
Ἐν κόρυθι βριαρῇ· ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ
Κάππεσεν, ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
Πατρόκλῳ δ' ἄρ' ἄχος γένετο φθιμένου ἑτάροιο·
Ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων, ἴρηκι ἐοικὼς
Ὠκέϊ, ὅστ' ἐφόβησε κολοιούς τε, ψῆράς τε·
Ὣς ἰθὺς Λυκίων, Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε,
Ἔσσυο καὶ Τρώων· κεχόλωσο δὲ κῆρ, ἑτάροιο.
Καί ῥ' ἔβαλε Σθενέλαον, Ἰθαιμένεος φίλον υἱὸν,
Αὐχένα χερμαδίῳ, ῥῆξεν δ' ἀπὸ τοῖο τένοντας.
Χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.

Percussus enim erat nequaquam ignavissimus vir inter Myrmidonas,
Filius Agaclei magnanimi, nobilis Epigeus,
Qui in Budio benè-habitato imperabat
Anteà: sed tunc strenuum consobrinum cùm occidisset,
Ad Peleum venit-supplex, et ad Thetin argenteis-pedibus-decoram:
Hi autem unà cum Achille hostium-agmina-perrumpente miserunt comitem
Ilium ad generosis-equis-foecundam, ut adversus Trojanos pugnaret.
Hunc quidem tunc manum-injicientem cadaveri percussit illustris Hector
Saxo caput: illud verò in-duas-partes totum diffissum est
In casside validâ; is itaque pronus super cadavere
Decidit, ipsumque mors circumfusa est exitialis.
Patroclo autem dolor ortus est de interfecto socio;
Rectà verò prorupit per primos-pugnatores, accipitri similis
Veloci, qui fugatos-persequitur graculosque, sturnosque:
Sic rectà-in Lycios, Patrocle equestris,
Ruisti et Trojanos; iratus nempè eras corde, de socio.
Et percussit Sthenelaum, Ithaemenei dilectum filium,
Cervicem saxo, abrupitque ejus tendines.
Cesserunt autem retrò et primi-pugnatores et illustris Hector.

Ver. 570. Βλῆτο γὰρ οὔτι κάκιστος ἀνὴρ.] Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει ποτὲ μὲν τὸ ἴσον δύναται, ποτὲ δὲ πλέον. *Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος, cap.* 37. Vide suprà ad έ, 11. et ad ά, 330.

Ver. 571.——— Ἐπειγεὺς.] Cod. *Harleian.* Ἐπηγεύς.

Ver. 572. — ἤνασσε.] Vide suprà ad *ver.* 172.

Ver. 575. ——— Οἵ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆϊ.] Vide suprà ad ν΄, 324.

Ver. 577. Τόν ῥα.] *Hunc, inquam* ——.

Ver. 578. — ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη.]
——— atque illi partibus æquis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit. *Æn.* IX, 755.

Ver. 579. —— ἄρα.] *Ut ex tali vulnere necesse erat.*

Ver. 581. ——— φθιμένου.] De syllabâ φθι correptâ, vide suprà ad β΄, 45. et ad ά, 309 et 314.

Ver. 583. — κολοιούς τε, ψῆράς τε.] " Illud

Ὅσση δ' αἰγανέης ῥιπὴ ταναοῖο τέτυκται,
Ἥν ῥά τ' ἀνὴρ ἀφέῃ πειρώμενος ἢ ἐν ἀέθλῳ,
Ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ, δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων·
Τόσσον ἐχώρησαν Τρῶες, ὤσαντο δ' Ἀχαιοί.
Γλαῦκος δὲ πρῶτος, Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων,
Ἐτράπετ', ἔκτεινεν δὲ Βαθυκλῆα μεγάθυμον,
Χάλκωνος φίλον υἱὸν, ὃς Ἑλλάδι οἰκία ναίων,
Ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσι.
Τὸν μὲν ἄρα Γλαῦκος, στῆθος μέσον, οὔτασε δουρὶ,
Στρεφθεὶς ἐξαπίνης, ὅτε μιν κατέμαρπτε διώκων·
Δούπησεν δὲ πεσών· πυκινὸν δ' ἄχος ἔλλαβ' Ἀχαιοὺς,
Ὡς ἔπεσ' ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγα δὲ Τρῶες κεχάροντο·
Στὰν δ' ἀμφ' αὐτὸν ἰόντες ἀολλέες· οὐδ' ἄρ' Ἀχαιοὶ
Ἀλκῆς ἐξελάθοντο, μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν.
Ἔνθ' αὖ Μηριόνης Τρώων ἕλεν ἄνδρα κορυστὴν
Λαόγονον, θρασὺν υἱὸν Ὀνήτορος, ὃς Διὸς ἱρεὺς
Ἰδαίου ἐτέτυκτο, θεὸς δ' ὣς, τίετο δήμῳ·

Quantus autem jaculi jactus longi est,
Quod quidem vir emiserit connixus vel in certamine-ludi,
Vel etiam in-pugnâ, hostes propter animam-perdentes:
Tantum recesserunt Trojani; locoque moverunt *eos* Achivi.
Glaucus autem primus, Lyciorum ductor clypeatorum,
Conversus est, interfecitque Bathyclem magnanimum,
Chalconis dilectum filium, qui in Hellade domos habitans,
Opibusque divitiisque excellebat inter Myrmidonas.
Hunc quidem Glaucus, pectore medio, vulneravit hastâ,
Conversus repentè, quandò ipsum jam-assequebatur insequens;
Fragorem verò *is* edidit cadens: Vehemens autem dolor cepit Achivos,
Quod-ità ceciderat strenuus vir; admodùm verò Trojani gavisi sunt:
Steterunt verò circa ipsum progressi frequentes; neque sanè Achivi
Fortitudinis obliti sunt, sed vires rectà ferebant in eos.
Tum verò Meriones Trojanorum interfecit virum armis-acrem
Laogonum, audacem filium Onetoris, qui Jovis sacerdos
Idaei erat, deusque veluti, honorabatur à populo:

" verò *(sc. verborum sonitum jucundiorem)* " cumprimis apud Homerum veteres grammatici annotaverunt: quòd quum dixisset " quodam in loco κολοιούς τε ψῆράς τε, alio " in loco non ψηρῶν τε sed ψαρῶν dixit: " Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν " (ρ', 755.) sequutus non communem, sed " propriam in quoque vocis situ jucunditatem. Nam si alterum in alterius loco " ponas, utrumque feceris sonitu insuave." *Gell. lib.* XIII. *cap.* 19.

Ver. 589. —— τέτυκται.] Vide suprà ad ν', 736. et ad ά, 37.

Ver. 591. — θυμοραϊστέων.] Pronuntiabatur θυμοραιστῶν.

Ver. 592. — Τρῶες, ὤσαντο.] Quâ ratione, Τρῶες, hîc ultimam producat; item Βαθυκλῆα, *ver.* 594. et ἀπὸ, *ver.* 607. et τι, *ver.* 636. vide suprà ad ά, 51. n. 8.

Ver. 594. Ἐτράπετ'.] Observandus hic maximè propriùs *vocis mediæ* usus: *Convertit se.* Vide suprà ad ά, 199. et ad γ', 141.

Ibid. —— Βαθυκλῆα.] Vide suprà ad ά, 265.

Ver. 597. —— οὔτασε.] Vide suprà ad ν', 192. et ad ά, 140.

Ver. 599. Δούπησεν δὲ.] Vide suprà ad ν' 181.

Ver. 602. — ἐξελάθοντο.] *Al.* ἐκλελάθοντο.

Τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
Ὤχετ' ἀπὸ μελέων, στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.
Αἰνείας δ' ἐπὶ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον ἧκεν·
Ἔλπετο γὰρ τεύξεσθαι ὑπασπίδια προβιβῶντος·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος,
Πρόσσω γὰρ κατέκυψε, τὸ δ' ἐξόπιθεν δόρυ μακρὸν
Οὔδει ἐνισκίμφθη, ἐπὶ δ' οὐρίαχος πελεμίχθη
Ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος ἄρης·
Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης
Ὤχετ', ἐπεί ῥ' ἅλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν.
Αἰνείας δ' ἄρα θυμὸν ἐχώσατο, φώνησέν τε·
  Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα,
Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερές, εἴ σ' ἔβαλόν περ.
  Τὸν δ' αὖ Μηριόνης δουρικλυτὸς ἀντίον ηὔδα·
Αἰνεία, χαλεπόν σε, καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα,
Πάντων ἀνθρώπων σβέσσαι μένος, ὅς κέ σευ ἄντα
Ἔλθῃ ἀμυνόμενος· θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι.

Hunc percussit sub malâ et aure: confestim verò anima
Abiit è membris; horrendaeque illum tenebrae occupârunt.
Aeneas autem in Merionem hastam aeream misit;
Sperabat enim *se* assecuturum sub-clypei-tegmine progredientem:
Sed ille quidem ex-adverso conspicatus evitavit aeream hastam;
In anteriorem enim partem proclinavit, à tergo autem hasta longa
Solo infixa est, supraque pars-posterior quassabatur
Hastae; tum deinde remisit impetum rapidè-actum aes:
Cuspis adeò Aeneae vibrans in terram
Abiit; quippe incassùm robustâ è manu exilierat.
Aeneas autem animo iratus est, dixitque:
" Merione, citò certè te, saltatorem quantumvis *egregium*,
" Hasta mea compescuisset in-perpetuum, si quidem te percussissem."
Illum vero Meriones hastâ-inclytus vicissim affatus est:
" Aenea, arduum *est*, te, fortis licèt sis,
" Omnium hominum extinguere robur, quicunque te contra
" Venerit propulsaturus; mortalis certè et tu es.

Ver. 607. ——— *στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.*]
Immolat, ingentique umbrâ tegit ——.
Æn. X, 541.

Ver. 610. ——— *ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο.*] Vide suprà ad ν', 404.

Ibid. ——— *χαλκέον ἔγχος.*] Vide suprà ad γ', 380.

Ver. 613. ——— *ἀφίει μένος.*] Vide suprà ad ν', 444.

Ver. 614. 615. *Αἰχμὴ* — *Ὤχετ'* —.] Versus hi duo, quos in uno MS. deesse annotat *Barnesius*, desunt etiam in Codice *Harleiano*.

Ver. 615. ——— *ἐπεί ῥ'.*] *Quippe, ut dictum est,* ——— *ver.* 610.

Ver. 617. *Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα.*] Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχύναι βουλόμενος, ἀλλὰ κοσμῆσαι, ὀρχηστὴν προσεῖπε· καὶ οὕτως ἄρα ἐπίσημος ἦν, καὶ γνώριμος ἅπασιν ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐχ οἱ Ἕλληνες μόνον ταῦτα ἠπίσταντο περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ Τρῶες αὐτοί, καί τοι πολέμιοι ὄντες. Ἑώρων γάρ, οἶμαι, καὶ τὴν ἐν τῷ πολεμεῖν αὐτοῦ κουφότητα, καὶ εὐρυθμίαν ἣν ἐξ ὀρχήσεως ἐκέκτητο. Φησὶ δὲ τὰ ἔπη ὧδέ πως, " Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ " ὀρχηστήν περ ἐόντα, Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε." *Lucian.* περὶ ὀρχήσεως.

Ver. 622. ——— *θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι.*]
—— mortali urgemur ab hoste
Mortales: totidem nobis animæque manusque.
Æn. X, 375.

Εἰ καὶ ἐγώ σε βάλοιμι τυχὼν μέσον ὀξέϊ χαλκῷ,
Αἶψά κε, καὶ κρατερός περ ἐὼν καὶ χερσὶ πεποιθὼς,
Εὖχος ἐμοὶ δῴης, ψυχὴν δ' Ἄϊδι κλυτοπώλῳ.
Ὣς φάτο· τὸν δ' ἐνένιπτε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός·
Μηριόνη, τί συ ταῦτα, καὶ ἐσθλὸς ἐὼν, ἀγορεύεις;
Ὦ πέπον, οὔτι Τρῶες ὀνειδείοις ἐπέεσσι
Νεκροῦ χωρήσουσι, πάρος τινὰ γαῖα καθέξει·
Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ', ἐνὶ βουλῇ·
Τῷ, οὔτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι.
Ὣς εἰπὼν, ὁ μὲν ἦρχ', ὁ δ' ἅμ' ἕσπετο ἰσόθεος φώς.
Τῶν δ' ὥστε δρυτόμων ἀνδρῶν ὀρυμαγδὸς ὄρωρεν
Οὔρεος ἐν βήσσης, ἕκαθεν δέ τε γίνετ' ἀκουή·
Ὣς τῶν ὤρνυτο δοῦπος ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Χαλκοῦ τε, ῥινοῦ τε, βοῶν τ' εὐποιητάων,
Νυσσομένων ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν.
Οὐδ' ἂν ἔτι φράδμων περ ἀνὴρ Σαρπηδόνα δῖον
Ἔγνω, ἐπεὶ βελέεσσι, καὶ αἵματι, καὶ κονίῃσιν,
Ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους.
Οἱ δ' αἰεὶ περὶ νεκρὸν ὁμίλεον, ὡς ὅτε μυῖαι
Σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας,

" Si et ego te percussero assecutus medium acuto aere,
" Statim, strenuus licèt sis et manibus fretus,
" Gloriam mihi dederis, animam autem Plutoni equis-insigni."
Sic dixit: hunc autem objurgavit Menoetii fortis filius:
" Merione, cur tu haec, strenuus licèt, concionaris?
" O amice, neutiquam Trojani contumeliosis verbis
" A cadavere cedent, antequàm aliquem terra tenebit;
" In manibus enim finis pugnae, verborum autem *finis* in concilio;
" Quapropter haudquaquam oportet verba multiplicare, sed pugnare."
Sic fatus, hic quidem praeibat, ille verò unà sequebatur deo-par vir.
Horum autem veluti ligna-caedentium virorum fragor exoritur
Montis in saltibus, longéque exauditur:
Sic horum excitabatur strepitus à terrâ latè-patente,
Aereque, corioque, boumque-tergoribus scitè-compositis,
Percussorum ensibusque et hastis utrinque acutis.
Neque jam vel solers vir Sarpedona nobilem
Agnôsset; quippe telis et sanguine, et pulveribus,
A vertice obvolutus erat usque ad pedes imos.
Illi verò assiduè circa mortuum versabantur, ut quum muscae
In stabulo murmurant lacte-plenas ad mulctras,

Ver. 625. —— δῴης.] *Al.* δοίης.

Ver. 628. —— οὔτι Τρῶες.] Cod. *Harleian.* οὔ τοι Τρῶες.

Ibid. — ὀνειδείοις ἐπέεσσι.] Ita edidit *Barnesius*: Quocum facit et Codex *Harleianus*. *Al.* ὀνειδίοις ἐπέεσσι. Sed, ut opinor, minùs rectè. Vide suprà ad ά, 519.

Ver. 633. —— ὄρωρεν.] Vide suprà ad β', 810.

Ver. 635. — ὤρνυτο.] Vide suprà ad γ', 260.

Ibid. — δοῦπος.] Vide suprà ad δ', 455.

Ver. 642. —— βρομέωσι.] Cod. *Harleian.* βρεμέωσι.

Ibid. — περιγλαγέας κατὰ πέλλας.] Πέλλα,

Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει·
Ὣς ἄρα τοὶ περὶ νεκρὸν ὁμίλεον· οὐδέ ποτε Ζεὺς
Τρέψεν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης ὄσσε φαεινὼ,
Ἀλλὰ κατ' αὐτοὺς αἰὲν ὅρα, καὶ φράζετο θυμῷ
Πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ Πατρόκλου, μερμηρίζων,
Ἢ ἤδη κἀκεῖνον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
Αὐτοῦ ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι φαίδιμος Ἕκτωρ
Χαλκῷ δῃώσῃ, ἀπό τ' ὤμων τεύχε' ἕληται,
Ἦ ἔτι καὶ πλεόνεσσιν ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Ὄφρ' ἠῢς θεράπων Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Ἐξαῦτις Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα χαλκοκορυστὴν
Ὤσαιτο προτὶ ἄστυ, πολέων δ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο.
Ἕκτορι δὲ πρωτίστῳ ἀνάλκιδα θυμὸν ἐνῶρσεν·
Ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς φύγαδ' ἔτραπε, κέκλετο δ' ἄλλους
Τρῶας φευγέμεναι· γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα.
Ἔνθ' οὐδ' ἴφθιμοι Λύκιοι μένον, ἀλλ' ἐφόβηθεν
Πάντες· ἐπεὶ βασιλῆα ἴδον βεβλημένον ἦτορ,
Κείμενον ἐν νεκύων ἀγύρει· πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ

Tempore in verno, quandò lac vasa rigat:
Sic utique ii circa mortuum versabantur: Nec unquam Jupiter
Vertebat ab asperâ pugnâ oculos fulgentes,
Sed in ipsos usque aspiciebat, et consultabat animo
Multa admodùm de caede Patrocli, anxiè-deliberans,
An jam et illum in asperâ pugnâ
Illic super deo-parem Sarpedonem illustris Hector
Aere caederet, deque humeris arma auferret;
An adhuc etiam pluribus augeret laborem gravem.
Sic autem ei cogitanti visum est satius esse,
Ut strenuus famulus Pelidae Achillis
Retrò Trojanos et Hectorem aereis-armis-acrem
Repelleret ad urbem, multorumque animum eriperet.
Hectori autem primo imbellem animum immisit:
Curruque *is* conscenso in-fugam vertit-*se*, hortatusque est caeteros
Trojanos fugere: agnovit enim Jovis sacras lances.
Tum verò nè fortes quidem Lycii sustinuerunt, sed in-fugam-versi sunt
Omnes; regem enim viderunt vulneratum corde,
Jacentem in cadaverum acervo: multi enim super ipsum

ἀγγεῖον σκυφοειδὲς, πυθμένα ἔχον πλατύτερον, εἰς ὃ ἤμελγον τὸ γάλα. Ὅμηρος, "ὡς ὅτε μυῖαι "Σταθμῷ ἐνιβρομέωσιν ἐϋγλαγέας κατὰ πέλ- "λας." *Athenæus, lib.* 11. cap. 13.

Ver. 644. —— *ἄρα.*] *Ut diximus — ver.* 641.

Ver. 647. —— *μερμηρίζων.*]
—— animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc;
In partesque rapit varias, perque omnia versat. *Æn.* IV, 285.

Ver. 652. *Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι διάσσατο κέρδιον εἶναι.*]
Hæc alternanti potior sententia visa est. *Ibid.* 287.

Ver. 653. —— Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.] Vide suprà ad ά, 1.

Ver. 654. —— *χαλκοκορυστὴν.*] Vide suprà ad β', 1.

Ver. 655. — *πολέων.*] Enuntiabatur, ac si scriptum fuisset *πολῶν.* Vide suprà ad β', 811.

Ver. 656. — *θυμὸν ἐνῶρσεν*] Cod. *Harleian.* *θυμὸν ἐνῆκεν. Al. φῦζαν ἐνῆκεν.*

Ver. 660. — *βασιλῆα.*] Vide suprà ad ά, 265.

Κάππεσον, εὖτ' ἔριδα κρατερὴν ἐτάνυσσε Κρονίων.
Οἱ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμοιϊν Σαρπηδόνος ἔντε' ἕλοντο,
Χάλκεα, μαρμαίροντα, τὰ μὲν κοίλας ἐπὶ νῆας
Δῶκε φέρειν ἑτάροισι Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός.
Καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Εἴδ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον
Ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα, καί μιν ἔπειτα,
Πολλὸν ἀπὸ προφέρων, λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσι,
Χρῖσόν τ' ἀμβροσίῃ, περὶ δ' ἄμβροτα εἵματα ἕσσον.
Πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι,
Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ διδυμάοσιν, οἵ ῥά μιν ὦκα
Θήσουσιν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ·
Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε,
Τύμβῳ τε, στήλῃ τε· τὸ γὰρ, γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων·
Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς φύλοπιν αἰνήν·
Αὐτίκα δ' ἐκ βελέων Σαρπηδόνα δῖον ἀείρας,
Πολλὸν ἀπὸ προφέρων, λοῦσεν ποταμοῖο ῥοῇσι,
Χρῖσέν τ' ἀμβροσίῃ, περὶ δ' ἄμβροτα εἵματα ἕσσε·

Deciderant, quandò certamen asperum intendebat Saturnius.
Illi verò ab humeris Sarpedonis arma abstulerunt,
Aerea, coruscantia, quae quidem cavas ad naves
Dedit ferenda sociis Menoetii fortis filius.
Et tunc Apollinem allocutus est nubes-cogens Jupiter:
" Eja age nunc, dilecte Phoebe, atro sanguine purga
" Profectus è telorum-acervo *sublatum* Sarpedonem, et ipsum deindè,
" Procul illinc efferens, lava fluminis fluentis,
" Ungeque ambrosiâ, immortalibusque vestibus induito.
" Deducendum autem eum da deductoribus velocibus qui ferant,
" Somno et Morti gemellis, qui quidem eum celeritèr
" Ponent Lyciae latae *in* opulento populo:
" Ibi ei exequias-facient fratresque familiaresque,
" Tumuloque cippoque: hic enim honor est mortuorum."
Sic dixit: neque patri non-fuit-dicto-audiens Apollo;
Descendit autem ab Idaeis montibus ad pugnam gravem:
Statimque è telorum-acervo Sarpedonem nobilem sublatum,
Procul inde efferens lavit fluminis fluentis,
Unxitque ambrosiâ, immortalibusque vestibus induit;

Ibid. —— βεβλημένον ἦτορ.] Ita ex MSS. edidit *Barnesius*. *Al.* βεβλαμμένον ἦτορ. Codex *Harleianus* legit, δεδαϊγμένον ἦτορ.

Ver. 662. —— Κρονίων.] De prosodiâ vocis Κρονῖων, Κρωνῖονος, Κρονΐωνος· vide suprà ad ά, 265. et 397.

Ver. 666. —— νεφεληγερέτα Ζεύς.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 667. Εἴδ' ἄγε.] Vide suprà ad ί, 167.

Ver. 668. Ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα.] Cod. *Harleian.* Ἐλθὼν ἐκ μιλίων Σαρπηδόνα ——. Cæterùm scribendum hîc conjicit *Tho. Bentleius*, Ἕλκων ἐκ βελέων Σαρπηδόνα, ex *ver.* 678. 781. et ῥ', 126.

Ver. 673. Θήσουσιν Λυκίης.] Cod. *Harleian.* Θήσουσ' ἐν Λυκίης, ut infrà *ver.* 683. Κάτθεσαν ἐν Λυκίης ——.

Ver. 674. 675. Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι —— τὸ γὰρ, γέρας ἐστὶ θανόντων.]

Interea socios inhumataque corpora terræ
Mandemus: qui solus honos Acheronte
sub imo est. *Æn.* XI, 22.

Πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι,
Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ διδυμάοσιν· οἵ ῥά μιν ὦκα
Κάτθεσαν ἐν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ.
Πάτροκλος δ' ἵπποισι καὶ Αὐτομέδοντι κελεύσας,
Τρῶας καὶ Λυκίους μετεκίαθε, καὶ μέγ' ἀάσθη,
Νήπιος· εἰ δὲ ἔπος Πηληϊάδαο φύλαξεν,
Ἦτ' ἂν ὑπέκφυγε κῆρα κακὴν μέλανος θανάτοιο.
Ἀλλ' αἰεί γε Διὸς κρείσσων νόος, ἠέ περ ἀνδρῶν,
Ὅστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην
Ῥηϊδίως, ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνησι μάχεσθαι·
Ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἀνῆκεν.
Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξας,
Πατρόκλεις, ὅτε δή σε θεοὶ θάνατόνδε κάλεσσαν;
Ἄδρηστον μὲν πρῶτα, καὶ Αὐτόνοον, καὶ Ἔχεκλον,
Καὶ Πέριμον Μεγάδην, καὶ Ἐπίστορα, καὶ Μελάνιππον·

Deducendum autem eum dedit ductoribus velocibus qui ferrent,
Somno et Morti gemellis: qui quidem eum celeritèr
Deposuerunt in Lyciae latae opulento populo.
Patroclus autem equos et Automedontem exhortatus,
Trojanos et Lycios insequebatur, et magnum accepit-malum,
Demens: quòd si mandatum Pelidae observâsset,
Certè effugisset fatum exitiale atrae mortis.
Sed semper Jovis validius consilium, quàm hominum;
Qui et fortem virum in-fugam-vertit, et aufert victoriam
Facilè, etiam cùm ipse excitaverit ad pugnandum:
Qui ei et tunc animum in pectoribus extimulavit.
Tum quem primum, quem et postremum interfecisti,
Patrocle, quandò jam te dii ad mortem vocârunt?
Adrestum quidem primùm, et Autonoum, et Echeclum,
Et Perimum Megadem, et Epistorem, et Melanippum:

Ver 682. —— ῥά.] *Ut jussi erant* ——.

Ver. 685. — ἀάσθη.] Vide suprà ad ί, 116.

Ver. 686. Νήπιος]
Infelix; qui —— *Æn*. II, 345.

Ibid. —— Πηληϊάδαο φύλαξεν.] Cod. *Harleian*. Πηληϊάδεω ἐφύλαξεν.

Ver. 688. —— Ἀλλ' αἰεί γε.] Ita ex uno MS. edidit *Barnesius*. Quam lectionem et probat *Henricus Stephanus* ad ῥ', 176. *Al*. Ἀλλ' αἰεί τε.

Ibid. —— ἠέ περ ἀνδρῶν.] Cod. *Harleian*. ἠέ περ ἀνδρός. *Al*. αἰγιόχοιο.

Ver. 689. 690. Ὅστε καὶ —— ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνησι μάχεσθαι.] *Al*. ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι. *Al*. ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. *Henricus Stephanus* legendum censet, ὁτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι, itaque explicat: "*Sed semper Jovis sententia superior est sententiâ hominum, quippe qui strenuum etiam virum terret, adeò ut ei victoriam facilè auferat; aliàs verò ad pugnam accendit.*" Quod (ut et ipse annotat.) meliùs cum sequente, "Ὅς οἱ καὶ τότε," &c. congruit: Itemque, ubi iterùm occurrunt iidem hi duo versus, *Il*. ῥ', 177, 178. Codices omnes habent, ἐποτρύνει μαχέσασθαι, nec ullus intellectui ambiguo est locus. Cæterùm hos duos versus in quibusdam codicibus deesse annotat *Eustathius*: Ἰστέον δὲ ὅτι ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων μετὰ τὸ, "κρείσσων νόος ἠέπερ ἀνδρῶν," οὐ κεῖνται οἱ ἀναγεγραμμένοι ἐφεξῆς δύο γνωμικοὶ στίχοι, ἀλλὰ μόνος εἷς οὗτος, "Ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἀνῆκε."

Ver. 691. — Ὅς οἱ.] Vide suprà ad ά, 51.

Ibid. —— ἀνῆκεν.] Cod. *Harleian*. ἐνῆκεν.

Ver. 692. Ἔνθα τίνα πρῶτον.] [virgo
Quem telo primum, quem postremum aspera
Dejicis? —— *Æn*. XI, 664.

Ver. 694. —— Ἔχεκλον.] Cod. *Harleian*. Ὀπίτην.

Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἔλασον, καὶ Μύλιον, ἠδὲ Πυλάρτην·
Τοὺς ἕλεν· οἱ δ' ἄλλοι φύγαδ' ἐμνώοντο ἕκαστος.
Ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν,
Πατρόκλου ὑπὸ χερσί· περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν·
Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος εὐδμήτου ἐπὶ πύργου
Ἔστη, τῷ ὀλοὰ φρονέων, Τρώεσσι δ' ἀρήγων.
Τρὶς μὲν ἐπ' ἀγκῶνος βῆ τείχεος ὑψηλοῖο
Πάτροκλος, τρὶς δ' αὐτὸν ἀπεστυφέλιξεν Ἀπόλλων,
Χείρεσιν ἀθανάτῃσι φαεινὴν ἀσπίδα νύσσων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
Δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Χάζεο, διογενὲς Πατρόκλεις· οὔ νύ τοι αἶσα
Σῷ ὑπὸ δουρὶ πόλιν πέρθαι Τρώων ἀγερώχων,
Οὐδ' ὑπ' Ἀχιλλῆος, ὅσπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
Ὣς φάτο· Πάτροκλος δ' ἀνεχάζετο πολλὸν ὀπίσσω,
Μῆνιν ἀλευόμενος ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.
Ἕκτωρ δ' ἐν Σκαιῇσι πύλῃς ἔχε μώνυχας ἵππους·
Δῖζε γὰρ, ἠὲ μάχοιτο κατὰ κλόνον αὖθις ἐλάσσας,

Deindè verò Elasum, et Mulium, atque Pylartem;
Hos interfecit: cæteri autem in-fugam-*eundi* memores fuere quisque.
Tum certè altam-portis Trojam cepissent filii Achivorum,
Patrocli sub manibus, suprà-modum enim ante alios hastâ furebat;
Nisi Apollo Phoebus benè-structâ super turri
Stetisset, illi exitialia cogitans, Trojanisque auxilians.
Ter quidem in cubitum scandebat muri excelsi
Patroclus, ter autem ipsum asperè-exceptum deturbavit Apollo,
Manibus immortalibus fulgentem clypeum feriens:
Sed quandò jam quartò irruebat deo par,
Minacitèr tum verò increpitans allocutus est longè-jaculans Apollo:
"Recede, nobilissime Patrocle: neque enim fatum
"Tuâ sub hastâ urbem vastatum iri Trojanorum magnanimorum,
"Neque sub Achille, qui tamen te multò fortior."
Sic dixit: Patroclus autem recessit longè retrò,
Iram devitans longè-jaculantis Apollinis.
Hector verò in Scaeis portis tenebat solidos-ungulis equos:
Secum enim ambigebat, an pugnaret in turbam iterùm actis equis,

---

Ver. 700. — Ἀπόλλων Φοῖβος.] Vide suprà ad ά, 43.

Ver. 704. Χείρεσιν ἀθανάτῃσι.] Cod. *Harleian.* Χείρεσσ' ἀθανάτῃσι.

Ibid. — ἀθανάτῃσι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 706. Δεινὰ δ'.] Malè hìc edidit *Barnesius* Δεινάδ', contenditque παρέλκειν τὸ Δέ. Quod nullo modo fert linguæ Græcæ ratio. Vide suprà ad ί, 439. et ad ά, 57.

Ibid. —— προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων.] *Al.* ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Ver. 708. — πέρθαι.] Cod. *Harleian.* πέρσαι.

Ver. 709. — Ἀχιλλῆος, ὅσπερ.] Quâ ratione, Ἀχιλλῆος, hîc ultimam producat; item, ἀλευόμενος, *ver.* 711. et εἰσάμενος, *ver.* 716. et Αὐτοκασίγνητος, *ver.* 718. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 711. — ἀλευόμενος.] *Al.* ἀλευάμενος, ut suprà έ, 444.

Ibid. — ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.] Vide suprà ad ά, 75.

Ver. 712—719. — πύλῃς ἔχε — ῥοῇς ἔπι.] Cod. *Harleian.* πύλῃσ' ἔχε—ῥοῇσ' ἔπι.

Ver. 712—724—732. —— μώνυχας ἵππους· —— κρατερώνυχας ἵππους.]

—— solido ——— ungula cornu.
Virg. Georg. III, 88.

Ἠ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἀλῆναι.
Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι παρίστατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε, κρατερῷ τε,
Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο,
Αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος,
Ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἔπι Σαγγαρίοιο·
Τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφωνεε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, τίπτε μάχης ἀποπαύεαι; οὐδέ τί σε χρή.
Αἴθ' ὅσον ἥσσων εἰμὶ, τόσον σέο φέρτερος εἴην·
Τῷ κε τάχα στυγερῶς πολέμου ἀπερωήσειας.
Ἀλλ' ἄγε, Πατρόκλῳ ἔφεπε κρατερώνυχας ἵππους,
Αἴκεν πώς μιν ἕλῃς, δώῃ δέ τοι εὖχος Ἀπόλλων.
Ὣς εἰπὼν, ὁ μὲν αὖτις ἔβη Θεὸς ἀμπόνον ἀνδρῶν·
Κεβριόνῃ δ' ἐκέλευσε δαΐφρονι φαίδιμος Ἕκτωρ
Ἵππους ἐς πόλεμον πεπληγέμεν· αὐτὰρ Ἀπόλλων
Δύσεθ' ὅμιλον ἰών· ἐν δὲ κλόνον Ἀργείοισιν
Ἧκε κακὸν, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζεν.
Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα, οὐδ' ἐνάριζεν·

An copias ad murum clamore-imperaret congregari.
Haec quidem ei cogitanti astitit Phoebus Apollo,
Viro cum-se-assimulâsset juvenique, fortique,
Asio, qui avunculus erat Hectoris equûm-domitoris,
Frater-germanus Hecubae, filiusque Dymantis,
Qui Phrygiam habitabat fluenta ad Sangarii:
Huic se cùm assimulâsset, allocutus est Phoebus Apollo:
" Hector, cur à pugnâ cessas? neque enim omninò te decet.
" Utinam quanto deterior sum, tanto te fortior essem:
" Tum profectò statim tuo-malo à pugnâ recessisses.
" Sed age, in Patroclum impellito validos-ungulis equos,
" Si quà ipsum interficere poteris, dederitque tibi gloriam Apollo."
Sic fatus, rursùs quidem abiit Deus per-laborem virorum:
Cebrionem verò jussit bellicosum illustris Hector
Equos ad proelium verberantem agere: At Apollo
Ingressus est medium-agmen profectus; perturbationem autem Argivis
Immisit exitialem, Trojanisque et Hectori gloriam praebuit.
Hector autem caeteros quidem Danaos omittebat, neque occidebat:

Ver. 713. Δῆζι γὰρ.] Vide suprà ad *ver.* 647.

Ver. 716. Ἀνέρι εἰσάμενος.]
——— formâ tum vertitur oris
Antiquum in Buten. — *Æn.* IX, 646.

Ibid. ——— εἰσάμενος.] Vide suprà ad *ν'*, 45. et ad *γ'*, 141.

Ver. 717. ——— ἱπποδάμοιο.] Vide suprà ad *β'*, 23.

Ver. 718. Αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος.] *Virgilio*, non *Dymantis*, sed *Cisseï* filia erat Hecuba.
——— et face prægnans
Cisseïs regina Parin creat. — *Æn.* X, 704.

Vide suprà ad *ζ*, 299.

Ver. 720. Τῷ μιν ἐεισάμενος.] Vide suprà ad *γ'*, 389.

Ibid. ——— προσεφώνεε Φοῖβος Ἀπόλλων.] *Al.* προσέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων.

Ver. 725. ——— ἕλῃς, δώῃ δέ τοι.] *Al.* ἕλοις, δῴη δέ τοι.

Ver. 728. ——— πεπληγέμεν.] Vide suprà ad *γ'*, 51. et ad *β'*, 514.

Ver. 729. Δύσεθ'.] Vide suprà ad *β'*, 35. et ad *ί*, 109.

Ver. 731. Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα, ——— Αὐτὰρ ὁ Πατρόκλῳ.]

Αὐτὰρ ὁ Πατρόκλῳ ἔπεχε κρατερώνυχας ἵππους.
Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἀφ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε,
Σκαιῇ ἔγχος ἔχων· ἑτέρηφι δὲ λάζετο πέτρον
Μάρμαρον, ὀκριόεντα, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψεν.
Ἧκε δ' ἐρεισάμενος· οὐδὲ δὴν χάζετο φωτὸς,
Οὐδ' ἁλίωσε βέλος· βάλε δ' Ἕκτορος ἡνιοχῆα
Κεϐριόνην, νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο,
Ἵππων ἡνί' ἔχοντα, μετώπιον ὀξέϊ λᾶϊ·
Ἀμφοτέρας δ' ὀφρῦς σύνελεν λίθος, οὐδέ οἱ ἔσχεν
Ὀστέον· ὀφθαλμοὶ δὲ χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν
Αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν· ὁ δ' ἄρ', ἀρνευτῆρι ἐοικὼς,
Κάππεσ' ἀπ' εὐεργέος δίφρου· λίπε δ' ὀστέα θυμός.
Τὸν δ' ἐπικερτομέων προσέφης, Πατρόκλεις ἱππεῦ·
Ὦ πόποι, ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὡς ῥεῖα κυϐιστᾷ·
Εἰ δή που καὶ πόντῳ ἐν ἰχθυόεντι γένοιτο,
Πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὅδε, τήθεα διφῶν,
Νηὸς ἀποθρώσκων, εἰ καὶ δυσπέμφελος εἴη·

Sed ille in Patroclum dirigebat validos-ungulis equos.
Patroclus autem ex-alterâ-parte ab equis desiliit in terram,
Sinistrâ hastam tenens: alterâque arripuit saxum
Candidum, asperum, quod ejus manus capiebat.
Misit verò connixus, neque diu aberat à viro,
Neque frustra-misit telum: percussit enim Hectoris aurigam
Cebrionem, nothum filium illustris Priami,
Equorum habenas tenentem, *in* frontem acuto lapide;
Ambo autem supercilia confregit lapis, neque ejus restitit
Os; oculi autem humi ceciderunt in pulveres
Ipsius ante pedes: Ipse verò, urinatori similis,
Decidit ab affabre-factâ sellâ; liquitque ossa anima.
Illum autem asperè-deridens allocutus es, Patrocle eques:
" Papae, profectò perquam agilis vir, quum-ita facilè urinatur;
" Sicubi sanè et ponto in piscoso esset,
" Multos satiare posset vir hic, ostrea quaerens,
" Nave desiliens, etsi tempestuosus esset:

Ipse neque aversos dignatur sternere morti:
Nec pede congressos æquo, nec tela ferentes
Insequitur: solum densâ in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Æn. XII, 464.

Ibid. ——— ἐνάριζεν.] Cod. *Harleian.* ἐνάριξεν. Quo modo et in uno MS. scriptum repperit *Barnesius.*

Ver. 732. —— ἔπεχε.] *Al.* ἔφεπε· ut suprà *ver.* 724.

Ver. 733. —— ἆλτο χαμᾶζε.] Vide suprà ad γ', 29.

Ver. 735. ——— ὀκριόεντα.] Cod. *Harleian.* ἐκρυόεντα

Ver. 736. —— ἐρεισάμενος· οὐδὲ δὴν.] Quâ ratione et ἐρεισάμενος, et οὐδὲ, hîc ultimam producant; item τε, *ver.* 767. et ἀπὸ, *ver.* 733. et χερμάδια, *ver.* 774. vide suprà ad α, 51. n. 8.

Ibid. —— χάζετο φωτὸς.] *Al.* ἄζετο φωτός.

Ver. 741. —— ἐν κονίῃσιν.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 742. ——— ὁ δ' ἄρ', ἀρνευτῆρι ἐοικὼς.] Vide suprà ad μ', 385.

Ver. 743. —— εὐεργέος δίφρου.] Pronuntiabatur εὐεργοῦς, vel εὐεργεῦς. Ut rectè hîc annotavit *Barnesius.* Vide suprà ad ξ', 116.

Ver. 745. —— ὡς ῥεῖα κυϐιστᾷ.] Cod. *Harleian.* ὃς ῥεῖα κυϐιστᾷ.

Ὡς νῦν ἐν πεδίῳ ἐξ ἵππων ῥεῖα κυβιστᾷ·
Ἦ ῥα καὶ ἐν Τρώεσσι κυβιστητῆρες ἔασιν.
Ὣς εἰπὼν, ἐπὶ Κεβριόνῃ ἥρωϊ βεβήκει,
Οἶμα λέοντος ἔχων, ὅστε σταθμοὺς κεραΐζων,
Ἔβλητο πρὸς στῆθος, ἑή τέ μιν ὤλεσεν ἀλκή·
Ὣς ἐπὶ Κεβριόνῃ, Πατρόκλεις, ἆλσο μεμαώς.
Ἕκτωρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἀφ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε.
Τὼ περὶ Κεβριόναο, λέονθ' ὣς, δηρινθήτην,
Ὥτ' ὄρεος κορυφῇσι περὶ κταμένης ἐλάφοιο,
Ἄμφω πεινάοντε, μέγα φρονέοντε μάχεσθον·
Ὣς περὶ Κεβριόναο δύω μήστωρες ἀϋτῆς,
Πάτροκλός τε Μενοιτιάδης καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ,
Ἵεντ' ἀλλήλων ταμέειν χρόα νηλέϊ χαλκῷ.
Ἕκτωρ μὲν κεφαλῆφιν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει·
Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἔχεν ποδός· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
Τρῶες καὶ Δαναοὶ σύναγον κρατερὴν ὑσμίνην.
Ὡς δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιϊν

"Adeò nunc in campo è curru facilè urinatur:
"Profectò et inter Trojanos urinatores utique sunt."
Sic locutus, Cebrionem heroëm invasit,
Impetum leonis habens, qui stabula vastans,
Vulneratur ad pectus, suaque ipsum perdit virtus:
Sic in Cebrionem, Patrocle, insiliisti ardens.
Hector verò ex-alterâ-parte ab equis desiliit in-terram.
Hi duo de Cebrione, leones tanquam, pugnabant;
Qui *in* montis verticibus de interemptâ cervâ,
Ambo esurientes, magnis animis pugnant:
Sic de Cebrione duo artifices pugnae,
Patroclusque Menoetiades et illustris Hector,
Cupiebant alter alterius incîdere corpus saevo aere.
Hector quidem capite postquam prehendit, non dimittebat;
Patroclus autem ex-alterâ-parte tenebat pede: Et jam caeteri
Trojani et Danai committebant acre proelium.
Ut verò Eurusque Notusque certant inter-se.

Ver. 751. Ὣς εἰπὼν,— βεβήκει.] Si βέβηκε dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Vide suprà ad α, 37.

Ver. 755. —— ἆλτο χαμᾶζε.] Vide suprà ad γ', 29.

Ver. 757. Ὥτ'.] *Qui utique* ——. *Qui scilicèt* ——.

Ver. 762. —— οὐχὶ μεθίει.] *Al.* οὐχὶ μεθίειν. Utrumque salvâ prosodiâ. Nam vox μεθίει *mediam naturâ* producit:

—— ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει. ό, 716.
—— ἔχεν ἔγχος ἀκαχμένον, οὐδὲ μεθίει. φ', 72.
Ἀργεῖοι, μήπω τι μεθίετε ——— δ', 234.

Quòd autem eadem hæc vox nonnullis in locis *media* correpta occurrat; ut,

Πολλάκι γὰρ μεθίει ——— κ', 121.
Ἀλλὰ ἑκὼν μεθίεις. ——— ζ', 523.

et alibi; positioni hoc soli debetur. Vide suprà ad ν', 105. et ad ό, 24.

Ver. 765. Ὡς δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιϊν ——— Ὡς Τρῶες.]

Ac velut annoso validam cùm robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant; it stridor, et altè
Consternunt terram concusso stipite frondes ———
Haud secus ———. *Æn.* IV, 441.
Adversi rupto ceu quondam turbine venti

Οὔρεος ἐν βήσσῃς, βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην,
Φηγόν τε, μελίην τε, τανύφλοιόν τε κράνειαν,
Αἵ τε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους
Ἠχῇ θεσπεσίῃ, πάταγος δέ τε ἀγνυμενάων·
Ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες
Δῄουν, οὐδ' ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο.
Πολλὰ δὲ Κεβριόνην ἀμφ' ὀξέα δοῦρα πεπήγει,
Ἰοί τε πτερόεντες ἀπὸ νευρῆφι θορόντες·
Πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐστυφέλιξε
Μαρναμένων ἀμφ' αὐτόν· ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης
Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ, λελασμένος ἱπποσυνάων.
Ὄφρα μὲν ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει,
Τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο· πίπτε δὲ λαός·
Ἦμος δ' ἠέλιος μετενείσσετο βουλυτόνδε,
Καὶ τότε δή ῥ' ὑπὲρ αἶσαν Ἀχαιοὶ φέρτεροι ἦσαν·

Montis in saltibus, profundam concutere sylvam,
Fagumque, fraxinumque, corticosamque cornum,
Quae altera alteri affligunt extensos-in-longum ramos
Sono immenso, fragor autem *exoritur* inter frangendum :
Sic Trojani et Achivi mutuis assultibus
Caedebant, neutri verò meminerant perniciosae fugae.
Multae autem Cebrionem circa acutae hastae defixae sunt,
Sagittaeque alatae à nervis salientes :
Multa et saxa ingentia clypeos contudêre
Pugnantium circa ipsum ; is autem in vortice pulveris
Jacebat ingens ingenti-spatio, oblitus aurigationis.
Quamdiù quidem sol medium coelum ascendebat,
Tamdiù valdè utrosque tela attingebant ; cadebatque populus :
Cùm verò sol transibat ad occasum,
Et tum quidem praeter fatum Achivi superiores erant :

Confligunt Zephyrusque Notusque, et lætus Eoïs
Eurus equis : stridunt sylvæ.——— *Æn.* II, 416.

Macrobius hunc locum inter eos citat, in quibus *Virgilius Homerici* carminis majestatem non æquat. *Lib.* V. *cap.* 13.

Ver. 766. ——— πελεμιζέμεν ὕλην.] *Al.* πολεμιζέμεν ὕλην.

Ibid. —— ὕλην.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 769. —— ἀγνυμενάων.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 772. —— δοῦρα πεπήγει.] Cod. *Harleian.* δοῦρ' ἐπεπήγει.

Ver. 775. ——— ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης.] Cod. *Harleian.* ὁ δὲ στροφάλιγγι κονίης.

Ver. 776. Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ.]
——— ingentem, atque ingenti vulnere victum. *Æn.* X, 842.

Porro, de istiusmodi verborum sono, rem ipsam aptissimè depingente, vide suprà ad γ', 363 et ad δ', 455.

Ver. 777. Ὄφρα μὲν ἠέλιος.]
—— medios cum Sol accenderit æstus. *Georgic.* IV, 401.
—— medium Sol igneus orbem
Hauserat. ——————— *Ibid.* 426.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem. *Æn.* VIII, 97.

Ibid. —— ἀμφιβεβήκει.] Vide suprà ad ά, 37. et ad δ', 492.

Ver. 778. Τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο· πίπτε δὲ λαός.]
Jam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera : cædebant pariter, pariterque ruebant. *Æn.* X, 755.

Ver. 779. Ἦμος δ' ἠέλιος μετενείσσετο βουλυτόνδε.]
——— aratra jugo referunt suspensa juvenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras. *Eclog.* II, 65.

Ἐκ μὲν Κεβριόνην βελέων ἥρωα ἔρυσσαν,
Τρώων ἐξ ἐνοπῆς, καὶ ἀπ' ὤμων τεύχε' ἕλοντο.
Πάτροκλος δὲ Τρωσὶ κακὰ φρονέων ἐνόρουσε·
Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Σμερδαλέα ἰάχων· τρὶς δ' ἐννέα φῶτας ἔπεφνεν·
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
Ἔνθ' ἄρα τοι, Πάτροκλε, φάνη βιότοιο τελευτή·
Ἤντετο γάρ τοι Φοῖβος ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
Δεινός· ὁ μὲν τὸν ἰόντα κατὰ κλόνον οὐκ ἐνόησεν·
Ἠέρι γὰρ πολλῇ κεκαλυμμένος ἀντεβόλησε·
Στῆ δ' ὄπιθε, πλῆξεν δὲ μετάφρενον, εὐρέε τ' ὤμω
Χειρὶ καταπρηνεῖ· στρεφεδίνηθεν δέ οἱ ὄσσε.
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κρατὸς κυνέην βάλε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἡ δὲ κυλινδομένη καναχὴν ἔχε ποσσὶν ὑφ' ἵππων
Αὐλῶπις τρυφάλεια· μιάνθησαν δὲ ἔθειραι
Αἵματι καὶ κονίῃσι· πάρος γε μὲν οὐ θέμις ἦεν,
Ἱπποκόμον πήληκα μιαίνεσθαι κονίῃσιν·
Ἀλλ' ἀνδρὸς θείοιο κάρη, χαρίεν τε μέτωπον
Ῥύετ' Ἀχιλλῆος· τότε δὲ Ζεὺς Ἕκτορι δῶκεν

Cebrionem quidem è telorum-acervo heroëm extraxerunt,
Trojanorum è tumultu, et humeris arma ademerunt.
Patroclus verò Trojanis infesto animo irruit:
Ter quidem deindè irruit, veloci par Marti,
Horrendùm clamans; ter autem novenos viros interfecit:
Sed cùm jam quartum impetum-faceret, deo par,
Tum verò tibi, Patrocle, manifestus-imminebat vitae finis:
Occurrebat enim tibi Phoebus in asperâ pugnâ
Terribilis: Hic quidem illum euntem per turbam non vidit;
Caligine enim multâ tectus obvius-veniebat;
Stetit autem à-tergo, percussitque interscapilium, latosque humeros,
Manu pronâ: vertigine autem correpti-sunt ei oculi.
Hujus verò à capite quidem galeam dejecit Phoebus Apollo:
Volvens autem tinnitum dabat pedibus sub equorum
Oblonga galea; foedataeque sunt jubae
Sanguine et pulveribus: Anteà quidem fas utique non erat,
Setis-equinis-comantem cassidem foedari pulveribus;
Sed viri divini caput, venustamque frontem
Tuebatur Achillis: tum verò Jupiter Hectori dedit

Ibid. —— μετενίσσετο.] *Al.* μετεισίσσετο.

Ver. 781. —— ἔρυσσαν.] Ita *Barnesius*, ex MSS. Rectè. *Al.* ἔρυσαν, quod penultimam corripit: —— ἔγχεος ἐξέρυσ' αἰχμὴν suprà *ver.* 505.

Ver. 784. —— ἀτάλαντος.] Vide suprà ad β', 627.

Ver. 785. Σμερδαλέα ἰάχων.] Vide suprà ad ξ', 456.

Ver. 786.—ἐπέσσυτο.] Vide suprà ad ν', 260.

Ver. 787. Ἔνθ' ἄρα τοι, —— φάνη βιότοιο τελευτή.]

Hîc tibi mortis erant metæ. ——
Æn. XII, 546.

Ver. 792. — στρεφεδίνηθεν.] Cod. *Harleian.* στρεφεδίνησεν.

Ver. 794.—καναχὴν.] Vide suprà ad δ', 455.

Ver. 798. — μέτωπον.] *Al.* πρόσωπον.

Ἡ κεφαλῇ φορέειν· σχεδόθεν δέ οἱ ἦεν ὄλεθρος·
Πᾶν δέ οἱ ἐν χείρεσσιν ἄγη δολιχόσκιον ἔγχος,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, κεκορυθμένον· αὐτὰρ ἀπ' ὤμων
Ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμιόεσσα·
Λῦσε δέ οἱ θώρηκα ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων.
Τὸν δ' ἄτη φρένας εἷλε, λύθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα·
Στῆ δὲ ταφών· ὄπιθεν δὲ μετάφρενον ὀξέϊ δουρὶ
Ὤμων μεσσηγὺ σχεδόθεν βάλε Δάρδανος ἀνὴρ,
Πανθοΐδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο
Ἔγχεΐ θ', ἱπποσύνῃ τε, πόδεσσί τε καρπαλίμοισι·
Καὶ γὰρ δή ποτε φῶτας ἐείκοσι βῆσεν ἀφ' ἵππων,
Πρῶτ' ἐλθὼν σὺν ὄχεσφι, διδασκόμενος πολέμοιο.
Ὅς τοι πρῶτος ἐφῆκε βέλος, Πατρόκλεις ἱππεῦ,
Οὐδὲ δάμασσ'· ὁ μὲν αὖθις ἀνέδραμε, μίκτο δ' ὁμίλῳ,
Ἐκ χροὸς ἁρπάξας δόρυ μείλινον· οὐδ' ὑπέμεινε
Πάτροκλον, γυμνόν περ ἐόντ', ἐν δηϊοτῆτι.
Πάτροκλος δὲ θεοῦ πληγῇ καὶ δουρὶ δαμασθεὶς,
Ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων.
Ἕκτωρ δ', ὡς εἶδεν Πατροκλῆα μεγάθυμον

Suo capite ferendam: propè enim ei erat exitium:
Tota verò ei in manibus fracta est praelonga hasta,
Gravis, magna, valida, *aere*-praemunita; et ab humeris
Clypeus cum loro in humum cecidit talaris:
Solvit porrò ei thoracem rex, Jovis filius, Apollo.
Illi verò stupor animum occupavit, solutaque sunt pulchra membra:
Stetit itaque attonitus: à-tergo autem interscapilium acutâ hastâ
Humeros inter ex-propinquo percussit Dardanus vir,
Panthoides Euphorbus, qui supra aequales ornatus erat
Hastâque, aurigandique-peritiâ, pedibusque velocibus:
Etenim jam olim viros viginti deturbaverat de curribus,
Cùm primùm venit curru-vectus, discens proeliari.
Qui tibi primus immisit telum, Patrocle eques,
Neque domuit: Is quidem retrò recurrit, immistusque est turbae,
E corpore abreptâ hastâ fraxineâ; neque sustinuit
Patroclum, nudum licèt, in pugnâ.
Patroclus autem Dei plagâ et hastâ domitus
Retrò sociorum in agmen recedebat, mortem evitans.
Hector verò, ut vidit Patroclum magnanimum

Ver. 806. *Στῆ δὲ ταφών.*]
——— obmutuit amens.
Æn. IV, 279.

Ibid. — *ὀξέϊ δουρὶ.*] Cod. *Harleian.* *ὀξέϊ χαλκῷ.*

Ver. 808. — *ἐκέκαστο.*] Vide suprà ad *ό*, 153. et ad *δ'*, 492.

Ver. 813. — *ὁ μὲν αὖθις ἀνέδραμε, μίκτο δ' ὁμίλῳ, — οὐδ' ὑπέμεινε Πάτροκλον.*]
— fugit ante omnes exterritus Aruns
— nec jam ampliùs hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Æn. XI, 806.
— ex oculis se — abstulit Aruns,
Contentusque fugâ mediis se immiscuit armis.
Ibid. 814.

Ver. 818. — *Πατροκλῆα μεγάθυμον.*] Quâ ratione, vox, *Πατροκλῆα*, hîc ultimam naturâ brevem producat; itemque *ἐπιυχόμενος*, *ver.* 829. et *πρὶν*, *ver.* 839. et *μιν*, *ver.* 855. vide suprà ad *ά*, 51. n. 8. Cæterùm, quæ vocis, *βασιλέα*, formam sequuntur, eæ

Ἂψ ἀναχαζόμενον, βεβλημένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἀγχίμολόν ῥά οἱ ἦλθε κατὰ στίχας, οὖτα δὲ δουρὶ
Νείατον ἐς κενεῶνα· διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, μέγα δ' ἤκαχε λαὸν Ἀχαιῶν.
Ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσατο χάρμῃ,
Τώ τ' ὄρεος κορυφῇσι μέγα φρονέοντε μάχεσθον,
Πίδακος ἀμφ' ὀλίγης· ἐθέλουσι δὲ πιέμεν ἄμφω·
Πολλὰ δέ τ' ἀσθμαίνοντα λέων ἐδάμασσε βίηφιν·
Ὣς πολέας πέφνοντα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
Ἕκτωρ Πριαμίδης σχεδὸν ἔγχεϊ θυμὸν ἀπηύρα·
Καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευε·
Πάτροκλ', ἦπου ἔφησθα πόλιν κεραϊζέμεν ἀμὴν,
Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας, ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας,
Ἄξειν ἐν νήεσσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Νήπιε· τάων δὲ πρόσθ' Ἕκτορος ὠκέες ἵπποι
Ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν· ἔγχεϊ δ' αὐτὸς
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισι μεταπρέπω, ὅς σφιν ἀμύνω
Ἦμαρ ἀναγκαῖον· σὲ δέ τ' ἐνθάδε γῦπες ἔδονται.
Ἆ δείλ', οὐδέ τοι, ἐσθλὸς ἐὼν, χραίσμησεν Ἀχιλλεὺς,

Retrò cedentem, vulneratum acuto aere,
Prope eum venit per ordines, cominúsque percussit hastâ
Imum ad ile : penitùs autem aes adegit :
Fragorem verò *is* edidit cadens, magnoque affecit-dolore populum Achivorum.
Ut autem cùm aprum viribus-ingentem leo urget pugnâ,
Hique montis *in* verticibus magnis animis decertant,
Fonte de exiguo ; volunt quippe bibere ambo :
Multùm autem anhelantem *aprum* leo domat vi :
Sic multos occidenti Menoetii forti filio
Hector Priamides cominùs hastâ animam abstulit :
Et super eum glorians verba alata dixit :
" Patrocle, credidisti utique urbem *te* vastaturum nostram,
" Trojanasque mulieres, libero die erepto,
" Abducturum esse in navibus dilectam in patriam terram,
" Demens ! pro his enim Hectoris veloces equi
" Pedibus contendunt pugnatum : hastâ verò ipse
" Inter Trojanos bellicosos excello, qui ab ipsis arceo
" Diem servilem : te autem hic vultures comedent.
" Infelix, neque tibi fortis *licèt*, auxilio fuit Achilles,

---

ultimam *naturâ* semper *producunt*. Vide suprà ad ά, 265.

Ver. 820. — οὖτα.] Vide suprà ad ί, 192.

Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος· ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Μύρονται· τό μοι οὔτι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλεν,
Ἀλλὰ φόνος τε, καὶ αἷμα, καὶ ἀργαλέος στόνος ἀνδρῶν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέως υἱὲ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν,
Κρείσσων εἷς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ
Ἔγχει, ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί κεν προβαλοίμην
Πολλόν· ἐπεὶ πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα·
Τῷ τοι ἐπιτλήτω κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν.
Αἶψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν,
Ἧστε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν·

" Jacet, in vestibulum *pedibus* conversis ; circùm autem socii
" Lugent : Ideò mihi neutiquam in mente haec curae sunt,
" Sed caedesque, et sanguis, et gravis gemitus virorum."
Illum verò respondens allocutus est abundans-consiliis Ulysses :
" O Achille, Pelei fili, longè fortissime Achivorum,
" Praestantior es me et fortior non parùm quidem
" Hastâ, ego verò te prudentiâ utique superavero
" Multùm : prior etenim natus sum, et plura cognovi :
" Itaque tibi acquiescat animus verbis meis.
" Statim prorsùs pugnae fit satietas hominibus,
" Cujus plurimam quidem stipulam in terram aes fundit ;

Ver. 212. —— *ἀνὰ πρόθυρον.*] *Al.* *ἀνὰ προθύροισι.*

Ver. 213. — *τό μοι οὔτι.*] *Barnesius* in uno MS. scriptum repperit, *τῷ μοι οὔτι.* Quæ si vera sit Lectio, pronuntiandum erit *τῷ μ' οὔτι.* Vide suprà ad *μ'*, 9.

Ver. 213 — 224. —— *μέμηλεν — τέτυκται.*] Si *μεμήλει* —— *τέτυκτο* dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Vide suprà ad *ά*, 37.

Ver. 214. —— *φόνος τε, καὶ αἷμα, καὶ ἀργαλέος στόνος.*] Vide infrà ad *ώ*, 548.

Ibid. —— *φόνος.*] Cod. *Harleian.* *πόνος.*

Ver. 216. Ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέως υἱὲ.] Pronuntiabatur Πηλῶς. *Barnesius* edidit Πηλῆος υἱέ. Nec malè ; cùm Πηλῆος sit vox *Ionica*, et *υἱὸς* alibi priore correptâ occurrat :

Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο ————. *Il.* *ή*, 47.
———— Ποδῆς, υἱὸς Ἠετίωνος. *ρ'*, 575.

Vide suprà ad *ν'*, 103. et ad *ό*, 24. Cæterùm in uno MS. scriptum repperit *Barnesius*, Πηλέος υἱέ. Quod et ipsum ferri posset, pronuntiando scilicèt Πηλοῦς.

Ver. 217. Κρείσσων εἷς ἐμέθεν.] Ὅρα τὸ ἀξίωμα τοῦ βουλευτοῦ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ καίριον καὶ ἀνεμέσητον ἔπαινον. *Eustath.* Ἐπιτίμησις —— ἐστι πικρὰ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ δι' ἀπορρήτων λυπηρὰ παραίνεσις. Διὰ τοῦτο καὶ προοίμιον αὐτῷ μακρόν ἐστι· " Κρείσσων εἷς ἐμέθεν καὶ φέρτερος " οὐκ ὀλίγον περ Ἔγχει· ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί " γε προβαλοίμην Πολλόν· ἐπεὶ πρότερος γένομην " καὶ πλείονα οἶδα." Αὐτὸ τὸ προοίμιον τοῦ σχήματός ἐστιν ἀρχὴ, Μὴ πάνυ θάῤῥει τῇ ἀνδρείᾳ τῇ σαυτοῦ· εἰ δὲ μὴ, ἐλέγχεις αὐτὴν τὸ μηδὲν εἶναι· ἀλλ' ἄκουε παρ' ἀνδρὸς ἐμπείρου καὶ ἐπιστήμονος ἐκ πείρας πραγμάτων. —— Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα πικρά ἐστι, καὶ ἐπιτίμησιν ἔχει, εἰκόνος παραβολῇ [*ver.* 221. *&c.*] τὸ πικρὸν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀσφαλὲς ἐποίησεν. *Dionys. Halicarn Lib. qui incribitur* Τέχνη, § 9. *in fine.*

———— Tibi dextera bello
Utilis ; ingenium est, quod eget moderamine nostri.
Ovid. Metam. Lib. XIII, *ver.* 361.

Ver. 218. — *νοήματί κεν*] Cod. *Harleian* *νοήματί γε.* Atque ita legit *Dionysius Halicarnassensis* loco jam citato. Quæ et proba Lectio.

Ver. 221. Αἶψά τε φυλόπιδος.] *Al.* Αἶψά κε, et Αἶψα δέ. Ὅρα —— ὡς ἀπαθῶς καὶ ἀλύπως εἰπεῖν περὶ τῶν ἐν πολέμῳ τετελευτηκότων προῃρημένος, ὡς περὶ πυρῶν συγκομιδῆς ποιεῖται τὸν λόγον, λέγων· " Αἶψά τε φιλόπιδος [φυλόπι" δος] πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν, Ἧς τε πλεί" στην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν· Ἄμη" τος δ' ὀλίγιστος." *Arist. Quintilian. de Musicâ, Lib.* II.

Ver. 222. ———— Ἧστε πλείστην.] *Heraclides Ponticus* legit, Ὡς ὅτι πλείστην

Ἄμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπὴν κλίνησι τάλαντα
Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.
Γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς·
Λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἤματα πάντα
Πίπτουσι· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὅς κε θάνησι,
Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας·
Ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται,
Μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεὶ,
Ἑσσάμενοι χροῒ χαλκὸν ἀτειρέα· μηδέ τις ἄλλην
Λαῶν ὀτρυντὺν ποτιδέγμενος ἰσχαναάσθω.
Ἥδε γὰρ ὀτρυντὺς κακὸν ἔσσεται, ὅς κε λίπηται
Νηυσὶν ἐπ' Ἀργείων· ἀλλ' ἀθρόοι ὁρμηθέντες
Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα.
Ἦ, καὶ Νέστορος υἷας ὀπάσσατο κυδαλίμοιο,
Φυλείδην τε Μέγητα, Θόαντά τε, Μηριόνην τε,

"Messis autem perexigua, postquàm inclinet lances
"Jupiter, qui hominum arbiter pugnae est.
"Ventre verò haudquaquàm licet mortuum lugere Achivos:
"Admodùm enim multi et crebri diebus omnibus
"Cadunt; quandò igitur quis respirare poterit à dolore?
"Sed oportet eum quidem sepelire, quicunque mortuus sit,
"Patientem animum habentes, diem unam defletum:
"Quotquot verò pugnae horrendae superfuerint,
"Meminisse potûs et cibi, ut adhuc acriùs magis
"Viris *cum* hostibus pugnemus indesinentèr usque,
"Induti corpus aere indomito: neque quis aliâ
"Copiarum cohortatione expectatâ subsistat.
"Illa enim cohortatio malè ei cedet, quicunque relictus fuerit
"Apud naves Argivorum: sed omnes-simul *castris*-egressi
"In Trojanos equûm-domitores excitemus acre proelium."
Dixit, et Nestoris filios sibi comites delegit gloria-sublimis,
Phylidemque Megeta, Thoantaque, Merionemque,

Ibid. —— *πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν.*] Ἀλληγορικῶς οὖν καλάμην νῦν κέκληκε τὰ σώματα τῶν ἀνῃρημένων. *Schol.* "Quotiens multam necem significare vult, *messem* hominum factum esse dicit." *Macrob. Saturnal. Lib.* V, *cap.* 15.

Ver. 223. —— *κλίνησι.*] Vide suprà ad ά, 309 et 338.

Ver. 226. *Λίην γὰρ πολλοί.*]
Namque nimis multos, atque omni luce cadentes
Cernimus; ut nemo possit mœrore vacare.
Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos
Firmo animo, et luctum lacrymis finire diurnis.
Cic. Tusc. Disputat. Lib. 3.

Ver. 229. —— *δακρύσαντας.*] *Al.* *δακρυχέοντας.*

Ver. 233. *Ἑσσάμενοι χροῒ χαλκόν.*] *Cum nosmet ipsi armaverimus.* Similitèrque infrà *ver.* 238. ——— Νέστορος υἷας ὀπάσσατο· *Nestoris filios sibi ipse comites ascivit.* Vide suprà ad *ver.* 23. et ad ν', 168.

Ver. 236. Νηυσὶν ἐπ' Ἀργείων.] *Al.* Νηυσὶ παρ' Ἀργείων. Quo modo legit et Codex *Harleianus.*

Καὶ Κρειοντιάδην Λυκομήδεα, καὶ Μελάνιππον·
Βὰν δ' ἴμεν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο.
Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον·
Ἑπτὰ μὲν ἐκ κλισίης τρίποδας φέρον, οὕς οἱ ὑπέστη,
Αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους·
Ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας,
Ἕπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην, Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.
Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα,
Ἦρχ', ἅμα δ' ἄλλοι δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιῶν.
Καὶ τὰ μὲν ἐν μέσσῃ ἀγορῇ θέσαν· ἂν δ' Ἀγαμέμνων
Ἵστατο· Ταλθύβιος δὲ, θεῷ ἐναλίγκιος αὐδὴν,
Κάπρον ἔχων ἐν χερσὶ, παρίστατο ποιμένι λαῶν.
Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
Ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄορτο,
Κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, Διῒ χεῖρας ἀνασχὼν,
Εὔχετο· τοὶ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτόφιν εἵατο σιγῇ

Et Creontiadem Lycomedem, et Melanippum:
Perrexerunt autem ire ad tentorium Agamemnonis Atridae.
Statim deindè simul verbum fuit, et perfectum est opus:
Septem quidem è tentorio tripodas ferebant, quos ei pollicitus erat,
Splendidosque lebetas viginti, duodecimque equos:
Eduxerunt confestim et mulieres formâ-egregias, operum scientes,
Septem, at octavam, Briseida genas-pulchram.
Auri autem appensa Ulysses decem omnia talenta,
Praeibat *ferens*; simulque alii dona ferebant juvenes Achivorum.
Et ea quidem in mediâ concione posuerunt: at Agamemnon
Surrexit: Talthybius autem, deo similis voce,
Aprum tenens manibus, adstabat pastori populorum.
Atrides autem, extracto manibus cultro,
Qui ei juxta ensis magnam vaginam semper pendebat,
Apri setis pro primitiis abscissis, Jovi manibus sublatis,
Precabatur: ii verò omnes ibidem sedebant tacitè

Ver. 242. —— ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.] Sic apud *Virgilium:*

Sic ait, et *dicto citius* tumida æquora placat. *Æn.* I, 146.

Item apud *Terentium:*

—— *dictum factum* huc abiit ——.
Heauton. Timor. Act. V, *Sc.* I, 31.

Ibid. — τετέλεστο.] Vide suprà ad δ', 492. et ad ά, 37.

Ver. 245. —— ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας.] *Al.* ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας.

Ver. 247. Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.] *Decem ipsa talenta*, vel *talenta non minus decem*. Malè igitur vir eruditissimus *Dionysius Halicarnassensis*, περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 8. Τῶν δὲ σχημάτων τὰ μὲν κατὰ Πλεονασμὸν ποιεῖ ἐνίοτε μὲν διὰ τὸ μέτρον· ὡς ἐν τούτῳ· "Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα "τάλαντα." Τὸ γὰρ "πάντα" μηδὲν συντελοῦν ἐγκεῖται. Vide suprà ad σ'. 375 et 470.

Ibid. —— στήσας.] Διὰ ζυγοῦ στήσας· οὕτω γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ χρήματα ἐστάθμιζον. *Schol.* Vide infrà ad ώ, 232.

Ver. 248. —— κούρητες Ἀχαιῶν.] *Strabo, Geograph. lib.* X. legit κουρῆτες Ἀχαιοί.

Ver. 253. —— ἄορτο.] *Al.* ἄωρτο.

Ver. 254. —— χεῖρας ἀνασχὼν, Εὔχετο.]

—— duplices tendens ad sidera palmas. *Æn.* I, 67.

—— oculos ad sidera lætus
Extulit, et cœlo palmas cum voce tetendit. *Æn.* II, 687.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendit. *Æn.* X, 667.

Ἀργεῖοι, κατὰ μοῖραν, ἀκούοντες βασιλῆος.
Εὐξάμενος δ' ἄρα εἶπεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·
Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Γῆ τε, καὶ Ἠέλιος, καὶ Ἐριννύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν
Ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ·
Μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκα,
Οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, οὔτε τευ ἄλλου·
Ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῇσιν.
Εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
Πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν, ὅτις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας.
Ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ·
Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥίψ' ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ἀνστὰς Ἀργείοισι φιλοπτολέμοισι μετηύδα·
Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα·
Οὐκ ἂν δήποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν
Ἀτρείδης ὤρινε διαμπερὲς, οὐδέ κε κούρην
Ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος, ἀμήχανος· ἀλλά ποθι Ζεὺς
Ἤθελ' Ἀχαιοῖσιν θάνατον πολέεσσι γενέσθαι.

Argivi, ut par erat, auscultantes regi.
Conceptis autem precibus dixit, suspiciens in coelum latum:
" Testis-sit nunc Jupiter primùm, deorum summus et optimus,
" Terraque, et Sol, et Furiæ, quae sub terram
" Homines puniunt, quicunque perjurium jurârit:
" Nequaquàm ego puellae Briseïdi manum intuli,
" Neque concubitûs causâ indigens *ipsâ*, neque alicujus alterius *rei:*
" Sed mansit intacta in tentoriis meis.
" Si verò quid horum perjurium *est*, mihi dii dolores dent
" Multos admodùm, quot dant *ei*, qui in eos peccârit jurando."
Dixit, et jugulum apri abscidit saevo aere:
Hunc quidem Talthybius cani maris in magnum aequor
Projecit circumrotatum, escam piscibus: At Achilles
Assurgens inter Argivos bellicosos locutus est:
" Jupiter pater, magnas calamitates omninò mortalibus infers:
" Neque enim unquam animum in pectoribus meis
" Atrides commovisset prorsùs, neque puellam utique
" Abduxisset, me invito, mala-struens; at nimirùm Jupiter
" Voluit Achivis mortem multis contingere.

Ver. 258. Ἴστω νῦν — Γῆ τε, καὶ Ἠέλιος.] Esto nunc sol testis, et haec mihi terra precanti. *Æn.* XII, 176.

Ver. 260. ——— τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.]

——— φασὶν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν
Ὅρκον τιννυμένας, τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Hesiod. Ἡμέραι, *ver.* 39.

Ὅρκον θ', ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
Πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
Id. Theogon. ver. 231.

Ibid. ——— τίνυνται.] Vide suprà ad β', 43. et ad γ', 279. *Al.* τίννυνται.

Ver. 266. ——— ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε.] Id est, κάπρου στόμαχον ἀπέταμε.

Ver. 270. Ζεῦ πάτερ.] Vide suprà ad γ', 372.

Ver. 273. Ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος, ἀμήχανος· ἀλλά.] Ita ex *Eustathio* edidit *Barnesius*. *Al.* Ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος· ἀμήχανος ἀλλά.

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.
"Ως ἄρ' ἐφώνησεν· λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν.
Οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος.
Δῶρα δὲ Μυρμιδόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο,
Βὰν δ' ἐπὶ νῆα φέροντες Ἀχιλλῆος θείοιο·
Καὶ τὰ μὲν ἐν κλισίῃσι θέσαν, κάθισαν δὲ γυναῖκας·
Ἵππους δ' εἰς ἀγέλην ἔλασαν θεράποντες ἀγαυοί.
Βρισηῒς δ' ἄρ' ἔπειτ', ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ,
Ὡς ἴδε Πάτροκλον δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, λίγ' ἐκώκυε, χερσὶ δ' ἄμυσσε
Στήθεά τ', ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν, ἰδὲ καλὰ πρόσωπα·
Εἶπε δ' ἄρα κλαίουσα γυνὴ, εἰκυῖα θεῇσι·
Πάτροκλέ, μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ,
Ζωὸν μέν σε ἔλειπον ἐγὼ, κλισίηθεν ἰοῦσα,
Νῦν δέ σε τεθνειῶτα κιχάνομαι, ὄρχαμε λαῶν,
Ἂψ ἀνιοῦσ'· ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.

" Nunc verò abite ad jentaculum, ut committamus praelium."
Sic dixit: solvit autem concionem celerem.
Illi quidem dispergebantur suam ad navem quisque.
Dona verò Myrmidones magnanimi procurabant,
Iverunt autem ad navem ferentes Achillis divini;
Et ea quidem in tentoriis posuerunt, collocaveruntque-in-sedibus mulieres:
Equos verò ad armentum egerunt famuli praeclari.
Tum verò Briseïs, similis aureae Veneri,
Ut vidit Patroclum laceratum acuto aere,
Ipsi circumfusa, stridulum edidit-ululatum, manibusque laniabat
Pectoraque, et teneram cervicem, atque pulchra ora:
Dixit autem flens mulier, similis deabus:
" Patrocle, mihi miserae charissime animo,
" Vivum quidam te reliqui ego, è tentorio abiens,
" Nunc verò te mortuum invenio, princeps populorum,
" Reversa: Ut me excipit malum è malo semper!

Ver. 277. — *ἄρ'.*] *Ut jusserat Achilles.* —— *ver.* 275.

Ver. 282. — *ἔπειτ', ἰκέλη.*] Ita edidit *Barnesius*; *Al.* *ἔπειθ', ἰκέλη.*

Ibid. —— *χρυσῇ.*] Edidit *Barnesius* *χρυσέῃ.* Quod eodem modo pronuntiandum; primam enim necessariò producit. Vide suprà ad ν', 523.

Ver. 284. *Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, λίγ' ἐκώκυε.*]

Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. *Æn.* IV, 673.

Ibid. — *ἐκώκυε.*] Pronuntiabatur, ut opinor, *ἐκώκυ.* Vide suprà ad σ', 37. et ad ά, 488.

Ver. 287. *Πάτροκλέ, μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ.*] Πολλὰ σχήματα παρ' Ὁμήρῳ, πάμπολλα καὶ ἐν ἄλλαις ἐποποιίαις ἄλλα διοικούμενα· ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Βρισηΐδος λόγος οὐκ ἀσχημάτιστος, ὅτε ἤκουσε παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος, θεασαμένη τὸν Πάτροκλον κείμενον, ἐπιπίπτει τῷ σώματι, καὶ θρηνεῖ Πάτροκλον. Καὶ οἴεται ὁ ἀκροατὴς ὅτι Πάτροκλον θρηνεῖ· ἐνδείκνυται δὲ ὁ ποιητὴς σοφίαν γυναικὸς ἐν ἀκμῇ καιροῦ ἀπαιτούσης τὰς τῆς γυναικὸς ὑποσχέσεις· καὶ διὰ τοῦτο θρήνου δίκην λεγούσης πρὸς Ἀχιλλέα· " Πάτροκλέ, μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ, Ζωὸν," &c. *Dionys. Halicarn. Lib. qui inscribitur* Τέχνη, *cap.* 9.

Ver. 289—300. —— *τεθνειῶτα* —— *τεθνηότα.*] Vide suprà ad ν', 46.

Ver. 290. —— *δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.*]

Ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων
Κακὰ κακῶν κυρεῖ.

Euripid. Hecuba, ver. 688.

Ἄνδρα μὲν, ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Εἶδον πρὸ πτόλιος δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
Τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ,
Κηδείους, οἳ πάντες ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' ἔμ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
Ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,
Κλαίειν, ἀλλ' ἔμ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο
Κουριδίην ἄλοχον θήσειν, ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσὶν
Ἐς Φθίην, δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι.
Τῷ σ' ἄμοτον κλαίω τεθνηότα, μείλιχον αἰεί.
Ὣς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες,
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.
Αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο,
Λισσόμενοι δειπνῆσαι· ὁ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων·

"Virum quidem, cui collocârant me pater et veneranda mater,
"Vidi ante urbem confossum acuto aere;
"Tresque fratres, quos mihi eadem peperit mater,
"Conjunctissimos, qui omnes exitialem diem obierunt.
"Haudquaquàm tamen me sinebas, quandò virum meum velox Achilles
"Interfecit, evertitque urbem divini Mynetis,
"Flere; sed me dicebas Achillis divini
"Primam uxorem *te* facturum esse, abducturumque in navibus
"In Phthiam, instructurumque epulas-nuptiales inter Myrmidonas.
"Ideò te inexpletùm fleo mortuum, animo semper mansuetum."
Sic dixit flens: adgemebant autem foeminae,
De Patroclo, specie; de suis autem *reverâ* ipsarum malis singulae.
Ipsum verò circum *Achillem* seniores Achivorum congregabantur,
Precantes, ut jentaculum sumeret: Is verò recusabat gemebundus:

——— ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται.
Id. Troades, ver. 591.

——— aliud ex alio malum.
Terent. Eunuch. Act. V. *Scen.* V, 17.

Ver. 294. ——— ἐπέσπον.] Cod. *Harleian.* ἐπέσπων.

Ver. 295. Οὐδὲ μὲν οὐδ'.] Singularem habet vim duplex ista negatio, quae sermone Romano exprimi non potest.

Ver. 295—297. —— ἔασκες, —— ἔφασκες.] Vide suprà ad *ver.* 42. et ad ν', 84.

Ver. 296. —— πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος.] Ἐμφαίνει γὰρ τὴν Λυρνησσὸν, λέγων "πόλιν "θείοιο Μύνητος," ὡς ἂν δυναστευομένην ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐνταῦθα πεσεῖν αὐτὸν μαχόμενον. *Strabo, Geograph. Lib.* XIII. Rectè; Ut liquet ex *Iliad.* β', 689:

Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠϋκόμοιο,
Τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο, πολλὰ μογήσας,
Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης,
Κὰδ δὲ Μύνητ' ἔβαλεν ———.

Cæterùm Codex *Harleianus* hîc legit, ἐκ δ' εἷλε πόλιν.

Ver. 298. Κουριδίην ἄλοχον.] Vide suprà ad ά, 114.

Ibid. —— ἐνὶ νηυσίν.] *Al.* ἐπὶ νηυσίν.

Ver. 299. —— δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι.] Ita apud *Euripidem*:

Εἰς τὰς ἄλλας ὥρας γὰρ δὴ
Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.
Iphig. in Aul. ver. 122.

Ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμον θεοί.
Ibid. ver. 707.

Ver. 302. Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.] "Selon mon goût particulier, voilà le trait le plus fin qui soit "dans toute l'Iliade: rien n'est plus naturel que l'image que le Poëte nous presente de ces pauvres filles, qui se trouvant "depuis assez longtemps entre les mains "d'un vainqueur, renouvellent leur larmes à "l'occasion des nouveaux objets de tristesse "qui les environnent, quoiqu' elles y prissent "peu de part." *Terrasson. Dissertat. sur l'Iliade, Part* IV. *cap.* 4.

Λίσσομαι, εἴ τις ἔμοιγε φίλων ἐπιπείθεθ' ἑταίρων,
Μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε, μηδὲ ποτῆτος
Ἄσασθαι φίλον ἦτορ, ἐπεί μ' ἄχος αἰνὸν ἱκάνει·
Δύντα δ' ἐς ἠέλιον μενέω, καὶ τλήσομαι ἔμπης.
Ὣς εἰπὼν, ἄλλους μὲν ἀπεσκέδασεν βασιλῆας·
Δοιὼ δ' Ἀτρεΐδαι μενέτην, καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς,
Νέστωρ, Ἰδομενεύς τε, γέρων θ' ἱππηλάτα Φοῖνιξ,
Τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον· οὐδέ τι θυμῷ
Τέρπετο, πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος.
Μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο, φώνησέν τε·
Ἦ ῥά νύ μοι ποτὲ καὶ σὺ, δυσάμμορε, φίλταθ' ἑταίρων,
Αὐτὸς ἐνὶ-κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας
Αἶψα καὶ ὀτραλέως, ὁπότε σπερχοίατ' Ἀχαιοὶ
Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισι φέρειν πολύδακρυν ἄρηα.
Νῦν δὲ σὺ μὲν κεῖσαι δεδαϊγμένος· αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
Ἄκμηνον πόσιος καὶ ἐδητύος, ἔνδον ἐόντων,
Σῇ ποθῇ· οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι·
Οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην,
Ὅς που νῦν Φθίηφι τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβει,

" Obsecro, siquis omninò mihi charorum obsequatur sociorum,
" Ne me antè cibo jubete, neque potu,
" Satiare meum animum; dolor enim me gravis invadit:
" Ad occidentem autem solem expectabo, et perferam prorsùs."
Sic fatus, alios quidem dimisit reges:
Duo autem Atridae manebant et nobilis Ulysses,
Nestor, Idomeneusque, senexque equûm-agitator Phoenix,
Oblectantes assiduè tristem: neque quicquam animo
Oblectabatur, antequàm proelii aciem subiret sanguinolenti.
Recordatus verò crebros ex-imo-pectore-trahebat-*gemitus*, dixitque:
" Certe mihi olim et tu, infelix, charissime sodalium,
" Ipse in tentorio lautum jentaculum apponebas
" Properè et diligentèr, quando festinarent Achivi
" Trojanis equûm-domitoribus inferre lacrymosum Martem.
" Nunc verò tu quidem jaces confossus; sed meum cor
" Expers potûs et cibi, intùs licèt sint,
" Tui desiderio: Neque enim quicquam pejus aliud paterer:
" Ne quidem si vel patrem mortuum audirem,
" Qui fortasse nunc in Phthiâ molles lacrymas effundit,

Ver. 307. Ἄσασθαι.] Vide suprà ad *ver.* 167. et ad γ', 141.

Ver. 309. —— ἀπεσκέδασεν.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 310. —— Ἀτρεΐδαι.] Cod. *Harleian.* Ἀτρεΐδα.

Ver. 311. Νέστωρ, Ἰδομενεύς τε.] Cod. *Harleian.* Νέστωρ τ', Ἰδομενεύς τε.

Ibid. — ἱππηλάτα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ibid. — Φοῖνιξ.] Vide suprà ad β', 267.

Ver. 314. — ἀδινῶς ἀνενείκατο.] Ἀθρόως καὶ ἐλεεινῶς καὶ οἰκτρῶς ἀνέκραξεν· ἢ, οἶμαι, ἀνεστέναξε, καὶ πολὺ ἤγαγε πνεῦμα. *Schol. Al.* ἀδινῶς ἀνενέγκατο.

Ver. 316. ——— ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν.] *Al.* ἐνὶ κλισίῃσι λαρόν. Minùs rectè; nam λαρὸν *priorem* producit. Vide suprà ad ρ, 572.

Ver. 318. —— πολύδακρυν ἄρηα.]
——— lacrymabile bellum.
Æn. VII, 604.

Ver. 322. —— ἀποφθιμένοιο.] Similitérque infrà *ver.* 377. Vide suprà ad β', 43.

Χήτεϊ τοιοῦδ' υἷος· ὁ δ' ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ
Εἵνεκα ῥιγεδανῆς Ἑλένης Τρωσὶν πολεμίζω·
Ἠὲ τὸν, ὃς Σκύρῳ μοι ἐνιτρέφεται φίλος υἱὸς,
Εἴ που ἔτι ζώει γε, Νεοπτόλεμος θεοειδής.
Πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει,
Οἶον ἐμὲ φθίσεσθαι ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο,
Αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι,
Ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ
Σκυρόθεν ἐξαγάγοις, καί οἱ δείξειας ἕκαστα,
Κτῆσιν ἐμὴν, δμῶάς τε, καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.
Ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' οἴομαι ἢ κατὰ πάμπαν
Τεθνάμεν, ἤ που τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκαχῆσθαι,
Γήραΐ τε στυγερῷ, καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ
Λυγρὴν ἀγγελίην, ὅτ' ἀποφθιμένοιο πύθοιτο.
Ὣς ἔφατο κλαίων· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες,
Μνησάμενοι τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον.
Μυρομένους δ' ἄρα τούς γε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων,

"Desiderio talis filii: ipse verò alienigeno in populo
"Propter invisam Helenam contra Trojanos bellum-gero:
"Vel illum, qui in Scyro mihi nutritur charus filius,
"Si quidem adhuc vivit, Neoptolemus divinâ-formâ-praeditus.
"Nam anteà quidem mihi animus in pectoribus sperabat,
"Solum me moriturum esse, longè ab Argo apto-equis,
"Hìc in Trojâ; te verò ad Phthiam rediturum-esse,
"Ut mihi filium veloci cum nave nigrâ
"E-Scyro educeres, et ei ostenderes singula,
"Possessionem meam, servosque, et altum-tectum-habentem magnam domum.
"Nunc enim Peleum utique puto vel prorsùs
"Interiisse, vel aegrè adhuc viventem tristari,
"Senioque inviso, et de me expectantem semper
"Tristem nuncium, quando interfectum audiat."
Sic dixit flens: adgemebant autem primores,
Recordati quae quisque in aedibus reliquerant.
Lugentes verò hos intuitus miseratus est Saturnius,

Ver. 326. Ἠὲ τὸν, ὃς Σκύρῳ.] Τὸ δὲ "Ἠὲ τὸν," οὐ συνήθως ἐσχημάτισται, ἀλλά τι παρεξήλλακται· ἦν μὲν γὰρ τοῦ εἱρμοῦ, τὸ εἰπεῖν· Οὐδ' εἴκεν τοῦ πατρὸς πυθοίμην· ἠὲ τοῦ, ἤγουν τούτου, ὃς Σκύρῳ μοι ἐνιτρέφεται. Ἀχιλλεὺς δὲ, ὡς οἷον ἐκλαβόμενος ὑπὸ πένθους τῆς ἐθίμου συντάξεως, ἔφη τὸ, "Ἠὲ τόν." *Eustath.* Consultò certè ita scripsit Poëta, cùm æquè facilè scribere potuisset, "Ἠὲ τοῦ, ὃς Σκύρῳ," &c.

Ibid. —— Σκύρῳ.] Σκῦρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. *Schol.* ad *ver.* 332.

Ver. 327. —— θεοειδής.] Vide suprà ad β', 623.

Ver. 329. —— φθίσεσθαι.] Vide suprà ad β', 833.

Ver. 332. —— ἐξαγάγοις.] *Al.* ἐξαγάγῃς.

Ver. 334. —— Πηλῆά.] Vide suprà ad ά, 265.

Ver. 336. —— ποτιδέγμενον.] *Barnesius* edidit προτιδέγμενον. Quod perindè est.

Ver. 337. —— πύθοιτο.] *Al.* πύθηται. Quo modo legit et Codex *Harleianus.*

Ver. 338. Ὣς ἔφατο κλαίων.]
Sic fatur lacrymans. —— *Æn.* VI, 1.

Ver. 339. —— ἐνὶ μεγάροισιν.] Quâ ratione, ἐνὶ, hìc ultimam producat; item ὀδυρόμενος, *ver.* 345. et τανυπτέρυγι, *ver.* 350. vide suprà ad ά, 51.

Ibid. —— ἔλειπον.] *Al.* ἔλειπεν. Cod. *Harleian.* ἔλειπε.

Ver. 340. —— ἄρα.] *Eo modo quo dixi* —.

Ibid. —— Κρονίων.] Vide suprà ad ά, 265 et 397.

Αἶψα δ' Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
  Τέκνον ἐμὸν, δὴ πάμπαν ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἑῆος.
Ἦ νύ τοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλλεύς;
Κεῖνος ὅγε προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων,
Ἧσται ὀδυρόμενος ἕταρον φίλον· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
Οἴχονται μετὰ δεῖπνον· ὁ ἄκμηνος καὶ ἄπαστος.
Ἀλλ' ἴθι, οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
Στάξον ἐνὶ στήθεσσ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται.
  Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην·
Ἡ δ', ἅρπη εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ,
Οὐρανοῦ ἐκκατέπαλτο, δι' αἰθέρος· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
Αὐτίκα θωρήσσοντο κατὰ στρατόν· ἡ δ' Ἀχιλῆϊ
Νέκταρ ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
Στάξ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκηται.
Αὐτὴ δὲ πρὸς πατρὸς ἐρισθενέος πυκινὸν δῶ
Ὤχετο· τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων.
Ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται,
Ψυχραὶ ὑπαὶ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο·

Confestimque Minervam verbis alatis allocutus est:
" Filia mea, jam prorsùs deseris virum bonum.
" An utique tibi haud jam omninò in animo curae-est Achilles?
" En! ille ante naves puppibus-excelsas,
" Sedet plorans sodalem charum: alii verò jam
" Abierunt ad jentaculum; is verò jejunus et impastus *est*.
" Quin abi, ei nectarque et ambrosiam amabilem
" Instilla in pectora, ut nè ipsum fames occupet."
Sic locutus, impulit anteà paratam-animo Minervam:
Illa verò, harpae similis alas-patulae, vocem-argutae,
E coelo desiliit, per aethera: At Achivi
Jam-tum armabantur per castra: Illa verò Achilli
Nectar in pectora et ambrosiam amabilem
Instillavit, ut nè eum fames peracerba genua occuparet.
Ipsa verò ad patris praepotentis solidam domum
Abiit; illi autem seorsùm à navibus fundebantur velocibus.
Ut verò cùm densae nives à Jove devolant,
Gelidae impetu-actae serenitatem-inducentis Boreae:

Ver. 349. —— *ὤτρυνε*.] Vide suprà ad ν', 44.

Ver. 350. —— *ἅρπη*.] Εἶδος ὀρνέου· τινὲς ἰκτῖνον καλοῦσιν, ἕτεροι δὲ φήνην· λέγεται δὲ καὶ τὸ δρέπανον. *Schol.*

Ibid. —— *τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ*.] Hinc liquet Vocalem istam υ in vocibus, λιγὺς, λιγύφωνες, *Brevem* esse. Malè igitur *Phil. Labbæus*: " *Vocales longæ* (inquit) *corripi " possunt in carmine, per solam Systolam pu- " ramque Licentiam; cùm palàm et apertè " longa breviatur; ut secunda in λιγύφθογ- " γοι*." Dialect. linguæ Græcæ, cap. IX. § 2. Utique, Licentia ista siqua esset, periisset omnis Prosodia. Quod autem " λι- " γύφθογγοι" secundam nonnunquam producat, id verò *positioni soli* debetur. Vide suprà ad β', 537.

Ver. 356. —— *ἀπάνευθε*.] Vide suprà ad ά, 349.

Ver. 357. —— *νιφάδες*.] De hujus vocis prosodià, vide suprà ad μ', 280. et ad ν, 754.

Ver. 358. —— *ὑπαὶ*.] *Al.* ὑπὸ.

Ὡς τότε ταρφειαὶ κόρυθες, λαμπρὸν γανόωσαι,
Νηῶν ἐκφορέοντο, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Θώρηκές τε κραταιγύαλοι, καὶ μείλινα δοῦρα.
Αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν
Χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς· ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν
Ἀνδρῶν· ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς·
Τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε, τὼ δέ οἱ ὄσσε
Λαμπέσθην, ὡσεί τε πυρὸς σέλας· ἐν δέ οἱ ἦτορ
Δῦν' ἄχος ἄτλητον· ὁ δ' ἄρα Τρωσὶν μενεαίνων
Δύσετο δῶρα θεοῦ, τά οἱ Ἥφαιστος κάμε τεύχων.
Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε

Sic tunc crebrae galeae, lucidùm renidentes,
E navibus ferebantur, et clypei umbonibus-muniti,
Thoracesque concavis-firmi, et fraxineae hastae.
Fulgor autem ad-coelum-usque ascendebat, ridebatque omnis circùm terra
Aeris prae fulgure: strepitusque ciebatur sub pedibus
Virorum: In mediis verò armabatur nobilis Achilles:
Cui et dentes quidem frendebant, oculique
Splendebant, velut ignis flamma; eique cor penitùs
Subiit dolor intolerabilis: ille quidem Trojanis irascens,
Induit dona Dei, quae ei Vulcanus elaboraverat fabricans.
Ocreas quidem primùm circa tibias posuit

Ver. 361. *Θώρηκές τε κραταιγύαλοι.*] *Ἰσχυρὰ γύαλα ἔχοντες, ἰσχυροί· Γύαλα δὲ, τὰ κοιλώματα. Schol.* De hujusmodi *Thoracibus, Pausanias: Δύο ἦν χαλκᾶ ποιήματα, τὸ μὲν στέρνῳ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὴν γαστέρα ἁρμόζον, τὸ δὲ ὡς νώτου σκέπην εἶναι. Γύαλα ἐκαλοῦντο· τὸ μὲν ἔμπροσθεν τὸ δὲ ὄπισθεν προσῆγον. Ἔπειτα περόναι συνῆπτον πρὸς ἄλληλα. Ἀσφάλειαν δὲ ἀποχρῶσαν ἐδόκει παρέχεσθαι καὶ ἀσπίδος χωρὶς. Ἐπὶ τούτῳ καὶ Ὅμηρος Φόρκυνα τὸν Φρύγα οὐκ ἔχοντα ἀσπίδα ἐποίησεν,* [suprà ρ', 314.] *ὅτι αὐτῷ γυαλοθώραξ ἦν. Phocic. Lib.* X. *cap.* 26.

Ibid. —— *καὶ μείλινα δοῦρα.*] Post hunc versum, in uno MS. repperit *Barnesius:*

Ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

Quod videtur ex π', 267. huc irrepsisse.

Ver. 362. *Αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν Χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς.*] *Al. ἀπὸ στεροπῆς.*

Fulgur ibi ad cœlum se tollit; totaque circùm
Ære renidescit tellus ———.
Lucret. Lib. II. *ver.* 327.

——— ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus ———.
Virg. Georg. II, 281.

Ibid. ——— *γέλασσε.*] *Ἤτοι λαμπρυνθεῖσα φαιδρὰ γέγονεν. Porphyr. Quæst. Homeric.* 9.

Ver. 363. —— *ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν Ἀνδρῶν.*]

——— ——— subterque virûm vi
Excitur pedibus sonitus ———.
Lucret. Lib. II. *ver.* 328.

Ibid. et *ver.* 365. —— *κτύπος* — *καναχὴ.*] Vide suprà ad δ', 455.

Ibid. —— *ὤρνυτο.*] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 365. ——— *τὼ δέ οἱ ὄσσε Λαμπέσθην, ὡσεί τε πυρὸς σέλας.*]

——— stant lumina flammâ.
Æn. VI, 300.

——— totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt; oculis micat acribus ignis.
Æn. VII, 102.

Ver. 367.—*ἄρα.*] *Ut dictum est — ver.* 364.

Ver. 368.—*Δύσετο.*] Vide suprà ad β', 55. et ad έ, 109.

Ver. 369. *Κνημῖδας μὲν πρῶτα.*]

Cingitur ipse furens certatim in prœlia Turnus:
Jamque adeò, Rutulum thorace indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc; laterique accinxerat ensem;
Fulgebatque altâ decurrens aureus arce.
Æn. XI, 486.

Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
Δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν·
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
Χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε, στιβαρόν τε,
Εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης.
Ὡς δ' ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείῃ
Καιομένοιο πυρὸς, τὸ δὲ καίεται ὑψόθ' ὄρεσφι,
Σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ· τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι
Πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φίλων ἀπάνευθε φέρουσιν·
Ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανε
Καλοῦ, δαιδαλέου· περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας
Κρατὶ θέτο βριαρήν· ἡ δ', ἀστὴρ ὣς, ἀπέλαμπεν
Ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι
Χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.
Πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεὺς,
Εἴ οἱ ἐφαρμόσσειε, καὶ ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα·
Τῷ δ' ἠΰτε πτερὰ γίνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν.
Ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος,

Pulchras, argenteis fibulis aptè-junctas:
Tum posteà, thoracem circa pectora induebat:
Circa humeros autem posuit ensem argenteis-clavis-distinctum,
Aereum: deindè autem scutum magnumque, solidumque,
Sumpsit; ejus autem in longinquum fulgor ibat, tanquam lunae.
Ut verò cùm è ponto flamma nautis relucet
Ardentis ignis, is autem ardet in-altum in montibus,
Loco in solitario; eos verò invitos procellae
Ponto super piscoso seorsùm ab amicis ferunt:
Sic ab Achillis scuto splendor ad aethera ibat
Pulchro, affabrè-facto: Galeam verò sublatam
Capiti imposuit validam; haec autem stella tanquam, refulgebat
Setis-equinis-comans galea: quassabantur autem comae
Aureae, quas Vulcanus fuderat conum circum densas.
Tentabat autem seipsum in armis nobilis Achilles,
An sibi apta-essent, et faciles-in-iis-moverentur pulchri artus:
Ei verò tanquam alae erant, attollebantque pastorem populorum.
E thecâ verò paternam extraxit hastam,

Ver. 370—380—393. Καλὰς, ——— Καλοῦ, —— καλὰ] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 372. —— ἄρ'.] *Deinceps* ——.

Ver. 374—379—381. —— τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης. —— Ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανε ——— ἡ δ', ἀστὴρ ὣς, ἀπέλαμπεν Ἵππουρις τρυφάλεια.] Vide suprà ad ί, 4. et ad σ', 205.

Ver. 375. — σέλας.] Cod. *Harleian.* τέρας.

Ver. 377. —— οἰοπόλῳ.] *Scholiastes* exponit, ἐν ᾧ ὀΐες πολοῦνται καὶ ἀναστρέφονται. Sed, ut opinor, minùs rectè. Vide suprà ad ν', 473. et ρ', 54. Item ad *Odyss.* λ', 573.

Ver. 380. ——— περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας Κρατὶ θέτο βριαρήν.]

—— cristatus Achilles. Æn. I, 472.

Ver. 383. — ἵει.] Vide suprà ad π', 762. et ad ό, 24.

Ver. 385. Εἴ οἱ ἐφαρμόσσειε.] Vide suprà ad ρ', 260.

Ibid. — ἀγλαὰ γυῖα.] *Al.* ἀγλαὰ δῶρα.

Ver. 386. — ἠΰτε.] Cod. *Harleian.* αὖτε.

Ver. 387. —— ἄρα.] *Deinceps* ——.

Ibid. — σύριγγος.] Τῆς δορατοθήκης. *Schol.*

Ibid. ——— ἐσπάσατ'.] Vide suprà ad ά, 140.

Βριθὺ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεὺς,
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.
Ἵππους δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ἀμφιέποντες
Ζεύγνυσαν, ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἕσαν· ἐν δὲ χαλινοὺς
Γαμφηλῇσ' ἔβαλον, κατὰ δ' ἡνία τεῖναν ὀπίσσω
Κολλητὸν ποτὶ δίφρον· ὁ δ' ἄρ μάστιγα φαεινὴν
Χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν, ἐφ' ἵπποιϊν ἀνόρουσεν
Αὐτομέδων· ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεὺς,
Τεύχεσι παμφαίνων, ὥστ' ἠλέκτωρ ὑπερίων.
Σμερδαλέον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο πατρὸς ἑοῖο·
Ξάνθε τε, καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης,
Ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα
Ἂψ Δαναῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο·

Gravem, magnam, validam; quam quidem non poterat alius Achivorum
Vibrare, sed ipsam solus nôrat vibrare Achilles,
Peliadem fraxinum, quam patri ejus ceciderat Chiron
Pelii ex vertice, caedis-auctorem futuram heroïbus.
Equos autem Automedonque et Alcimus adornantes
Jungebant, pulchra autem lora-jugalia circumposita erant; fraenosque
Maxillis immiserunt, habenasque extenderunt retrò
Glutino-compactam ad sellam: scuticam autem splendidam
Manu capiens habilem, in currum insiliit
Automedon; retrò verò ad-pugnam-paratus conscendebat Achilles,
Armis collucens, tanquam fulgidus sol.
Terribilitèr autem equis imperitabat patris sui:
" Xantheque, et Balie, inclyta soboles Podarges,
" Alio jam modo deliberate salvum-referre aurigam
" Retrò Danaorum in agmen, ubi satiati-fuerimus pugnâ:

Ver. 390. Πηλιάδα μελίην.] Quâ ratione, Πηλιάδα, hîc ultimam producat; item ἵπποιϊν, *ver.* 396. et Βαλίε, *ver.* 400. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 392. Ἵππους δ' Αὐτομέδων.]

——— equorum agitator Achillis
Armiger Automedon ———.
Æn. II, 476.

Ver. 393. — Ζεύγνυσαν.] Vide suprà ad γ', 260. *Al.* ζεύγνυεν.

Ibid. —— λέπαδν' ἕσαν.] Οἱ ὑποτραχήλιοι ἱμάντες, οἱ μασχαλιστῆρες. *Schol.* Porrò *Barnesius* hîc de suo edidit λέπαδν' ἔσαν· atque ita omninò legendum contendit. Atqui absque Codicibus nihil mutandum: praesertim cum et *Eustathius* "ἕσαν" legi planissimè testetur: Τὸ δὲ "ἕσαν" οὐ δασύνεταί ποτε, ἀλλὰ ψιλοῦται, δηλοῦν τὸ "ἦσαν."

Ver. 395. Κολλητὸν ποτὶ δίφρον· ὁ δ' ἄρ μάστιγα.] Cod. *Harleian* Κολλητὸν ἐπὶ δίφρον· ὁ δὲ μάστιγα.

Ver. 396. —— ἐφ' ἵπποιϊν.] Cod. *Harleian.* ἐφ' ἵπποισιν.

Ver. 397. — κορυσσάμενος.] *Barnesius* edidit κορυσσόμενος, itaque legendum fidenter pronuntiat; sed, ut opinor, nullâ idoneâ auctoritate. Vide suprà ad *ver.* 2[illegible] et 167. et ad γ', 141. Quin et Codex *Harleianus* κορυσσάμενος legit.

Ver. 398. Τεύχεσι παμφαίνων.] *Al.* Τεύχεσι λαμπόμενος.

Ver. 399. — ἵπποισιν ἐκέκλετο —— Ξάνθε.]

——— equum ———
——— alloquitur mœrentem, et talibus infit:
Rhæbe ———. *Æn.* X, 858. 860.

Ver. 401. —— ἡνιοχῆα.] *Al.* ἡνιοχῆας.

Ver. 402. — ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο.] Ἐπειδὰν κορεσθῶμεν. *Schol.* Pronuntiabatur autem ἐπεί χ' ὦμεν πολέμοιο. Vide suprà ad ί, 256. *Al.* ἐπεί χ' ἴομεν· Quo modo legit et Codex *Harleianus.*

Μηδ', ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτόθι τεθνειῶτα.
  Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος
Ξάνθος, ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη,
Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν, οὖδας ἵκανεν·
Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
  Καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ·
Ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, οὐδέ τι ἡμεῖς
Αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή.
Οὐδὲ γὰρ ἡμετέρῃ βραδυτῆτί τε νωχελίῃ τε,
Τρῶες ἀπ' ὤμοιϊν Πατρόκλου τεύχε' ἕλοντο·
Ἀλλὰ θεῶν ὤριστος, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητὼ,
Ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι, καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκε.
Νῶϊ δὲ καί κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν,
Ἥνπερ ἐλαφροτάτην φάσ' ἔμμεναι· ἀλλά σοι αὐτῷ
Μόρσιμόν ἐστι, θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.
  Ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδήν.
Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

" Neque, ut Patroclum, relinquite illic mortuum."
Hunc autem sub jugo allocutus est pedibus celer equus
Xanthus, statim verò inclinavit caput ; tota autem juba,
Circulo profusa juxta jugum, ad terram pervenit;
Vocalem verò reddidit dea ulnas-candida Juno :
" Et certè te etiam nunc saltem salvum-referemus, impetuose Achille :
" Sed tibi propè dies exitialis, neque quicquam nos
" In culpâ, sed deusque magnus et fatum violentum.
" Neque enim nostrâ tarditateque segnitieque,
" Trojani ab humeris Patrocli arma detraxerunt:
" Sed deorum fortissimus, quem comas-pulchra peperit Latona,
" Interfecit inter primos-pugnatores, et Hectori gloriam dedit.
" Nos verò vel flatum Zephyri cursu aequaremus,
" Quem tamen velocissimum dicunt esse : quin et tibi ipsi
" Fatale est, à deoque et viro vi domari."
Sic sanè locuti Erinnyes inhibuerunt vocem.
Hunc autem valdè indignatus allocutus est pedibus velox Achilles :

Ver. 403. — *τεθνειῶτα.*] Vide suprà ad *ν*΄, 46.

Ver. 404. ——— *πόδας αἰόλος ἵππος.*] Τὸ, αἰόλον, οὐκ οἶδ' ὅθεν τῶν Γραμματικῶν τινες ἐπὶ τοῦ ποικίλου παρ' Ὁμήρῳ ἀκούειν ἀξιοῦσιν· οὕτω γοῦν τὸ, "αἰολόπωλον," ἀποδιδόασι· καὶ τὸ "αἰόλος ἵππος," καὶ "αἰόλον ὄφιν." Οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ σημαίνει τὸν ταχὺν, γενόμενον ἀπὸ τῆς ἀέλλης· ἥτις ἀπὸ τοῦ Ἄειν καὶ Εἰλεῖν πεποίηται. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 3.

Ver. 407. —— *λευκώλενος Ἥρη.*] Vide suprà ad *ὀ*, 92. et ad *ά*, 45. 58. et 551.

Ver. 409. ——— *οὐδέ τι ἡμεῖς.*] Cod. *Harleian.* *οὐδέ τοι ἡμεῖς.*

Ver. 411. —— *νωχελίῃ τε.*] *Al.* *νωθείῃ τε.*

Ver. 415. — *ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν.*]
——— Illa Noto citius, ———
——— fugit. ——— *Æn.* V, 242.
——— cursuque pedum prævertere ventos. *Æn.* VII, 807.
——— anteirent cursibus auras. *Æn.* XII, 84.
——— fugit ocior Euro. *Ibid.* 733.

Ver. 417. —— *θεῷ τε καὶ ἀνέρι.*] Ὑπὸ θεοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀνδρὸς Ἀλεξάνδρου. *Schol.*

Ver. 419. —— *πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.*] Vide suprà ad *ί*, 58.

Ξάνθε, τί μοι θάνατον μαντεύεαι; οὐδέ τί σε χρή.
Εὖ νύ τοι οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅ μοι μόρος ἐνθάδ' ὀλέσθαι,
Νόσφι φίλου πατρὸς καὶ μητέρος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο.
Ἦ ῥα, καὶ ἐν πρώτοις ἰάχων ἔχε μώνυχας ἵππους.

" Xanthe, quid mihi mortem vaticinaris? neque quid te oportet.
" Benè jam novi et ipse, quòd mihi fatum hîc perire,
" Procul à dilecto patre et matre : attamen
" Non cessabo, antequam Troës abundè satiaverint-se pugnâ."
Dixit, et inter primos clamans dirigebat solidos-ungulis equos.

Ver. 423. —— ἐλάσαι.] *Al.* ἐλάαν.
Ver. 424. —— ἐν πρώτοις.] *Al.* ἐν Τρω-ιν.

Ibid. —— μώνυχας ἵππους.]
—— solido —— ungula cornu.
Virg. Georg. III, 88.

THΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

'ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ Υ'.

'Υπόθεσις τῆς Υ'. 'ΟΜΗΡΟΥ 'Ραψῳδίας.

ΔΙΟΣ ἐπιτρέψαντος, κατέρχονται βοηθήσοντες οἱ θεοὶ πάντες· τοῖς μὲν Ἕλλησιν, Ἥρα τε, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἥφαιστος, καὶ Ἑρμῆς· τοῖς δὲ Τρωσὶν, Ἀφροδίτη, καὶ Ἀπόλλων· ἔτι δὲ καὶ Ἄρτεμις, καὶ Λητὼ, Ἄρης τε, καὶ Σκάμανδρος· Αἰνείαν δὲ, ἀντιστάντα, Ἀχιλλεῖ, σώζει Ποσειδῶν, νεφέλῃ καλύψας. Ἀχιλλεὺς δὲ ἄλλους τε ἀναιρεῖ, καὶ Πολύδωρον, τὸν Πριάμου παῖδα. Ἕκτωρ δὲ, ἀντιστὰς αὐτῷ, φεύγει, Ἀπόλλωνος σώσαντος αὐτόν· τοὺς δὲ ἄλλους Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν φεύγοντας κατεπείγει.

Ἐπιγραφαί.

Θεῶν μάχη· ἢ Θεομαχία.

Ἄλλως.

Υ, Μακάρων ἐνοπὴ, καὶ φύλοπις Οὐρανιώνων.

Ἄλλη.

Υ, Μακάρων ἔρις ὦρτο, φέρει δ' ἐπὶ κάρτος Ἀχαιοῖς.

Ὣς οἱ μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσι θωρήσσοντο
Ἀμφὶ σὲ, Πηλέος υἱὲ, μάχης ἀκόρητον Ἀχαιοί.
Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο.
Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι
Κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου· ἡ δ' ἄρα πάντη

Sic hi quidem apud naves recurvas armabantur
Circum te, Pelei fili, pugnae insatiabilem Achivi.
Trojani verò ex-alterâ-parte in loco-editiore campi.
Jupiter autem Themidem jussit deos ad-concionem vocare
Vertice ab Olympi multas-convalles-habentis: illa autem quaquaversùm

---

Ver. 2. — *ἀκόρητον.*] Ita ex tribus MSS. edidit *Barnesius.* *Al.* *ἀκόρητοι.*

Ver. 3. Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν.] *Al.* Τρῶες δ' αὖτ' ἑτέρωθεν.

Ver. 4. Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι.]

Panditur intereà domus omnipotentis Olympi,
Conciliumque vocat Divûm pater atque hominum rex
Sideream in sedem ——. *Æn.* X, 1.

Ubi quidam legunt, *omnipotentis Olympi.*

Ver. 5. —— *ἄρα.*] *Proindè, ut jusserat Jupiter* ——. *ver.* 4.

Φοιτήσασα κέλευσε Διὸς πρὸς δῶμα νέεσθαι.
Οὔτε τις οὖν ποταμῶν ἀπέην, νόσφ' Ὠκεανοῖο,
Οὔτ' ἄρα Νυμφάων, ταί τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα.
Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο,
Ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον, ἃς Διῒ πατρὶ
Ἥφαιστος ποίησεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.
Ὣς οἱ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατ'· οὐδ' Ἐνοσίχθων
Νηκούστησε θεᾶς, ἀλλ' ἐξ ἁλὸς ἦλθε μετ' αὐτούς.
Ἷζε δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι, Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν·
Τίπτ' αὖ, Ἀργικέραυνε, θεοὺς ἀγορήνδ' ἐκάλεσσας;
Ἦ τι περὶ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν μερμηρίζεις;
Τῶν γὰρ νῦν ἄγχιστα μάχη πόλεμός τε δέδηε.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἔγνως, Ἐνοσίγαιε, ἐμὴν ἐν στήθεσι βουλὴν,
Ὧν ἕνεκα ξυνάγειρα· μέλουσί μοι, ὀλλύμενοί περ.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ μενέω πτυχὶ Οὐλύμποιο
Ἥμενος, ἔνθ' ὁρόων φρένα τέρψομαι· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
Ἔρχεσθ', ὄφρ' ἂν ἵκησθε μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς·

Incedens jussit Jovis ad domum ire.
Neque quis igitur fluviorum aberat, praeter Oceanum,
Neque Nympharum, quae nemora pulchra habitant,
Et fontes fluviorum, et prata herbosa.
Cùm-venerant autem ad domum Jovis nubes-cogentis,
Politis sedilibus-columnis-distinctis consederunt, quae Jovi patri
Vulcanus fecerat peritis praecordiis.
Sic hi quidem Jovis in aedibus congregabantur: neque Neptunus
Non-paruit deae, sed è mari venit ad illos.
Sedit autem in mediis, Jovisque interrogabat consilium:
"Cùr rursùs, rutili-fulminis-missor, deos ad consilium vocâsti?
"Nùm quid de Trojanis et Achivis deliberas?
"Horum enim jam proximè est ut pugna proeliumque ardeat."
Hunc autem respondens allocutus est nubes-cogens Jupiter:
"Nôsti, Neptune, meum in pectoribus consilium,
"Quorum gratiâ congregavi: curae-sunt mihi, pereuntes licèt.
"Sed ego sanè manebo in cacumine Olympi
"Sedens, ibi spectans mentem oblectabo: at jam vos caeteri
"Abite, ut perveniatis ad Trojanos et Achivos;

Ver. 8. — καλά.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 9. — πίσεα.] Cod. *Harleian.* πίσσεα. *Al.* πίσεα.

Ver. 11. —— αἰθούσῃσιν.] "Εδραις στυλωταῖς, κατὰ τοὺς Παλαιοὺς, αἰθουμέναις, ὅ ἐστι καταλαμπομέναις φωτί. *Schol.*

Ver. 12. —— ποιήσεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.] *Al.* ποίησ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.

Ver. 15. —— ἐξείρετο.] *Al.* ἐξήρετο.

Ver. 16. Τίπτ' αὖ.] *Al.* Τίπτ' αὖτ'.

Ver. 18. —— δέδηε.] Vide suprà ad ι', 736.

Ver. 19. — νεφεληγερέτα Ζεύς.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 21. —— ὀλλύμενοί.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 23. —— φρένα τέρψομαι.] Vide suprà ad τ', 23. et ad ι', 168.

Ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ', ὅπῃ νόος ἐστὶν ἑκάστου.
Εἰ γὰρ Ἀχιλλεὺς οἶος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται,
Οὐδὲ μίνυνθ' ἕξουσι ποδώκεα Πηλείωνα.
Καὶ δέ τέ μιν καὶ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον ὁρῶντες·
Νῦν δ', ὅτε δὴ καὶ θυμὸν ἑταίρου χώεται αἰνῶς,
Δείδω, μὴ καὶ τεῖχος ὑπὲρ μόρον ἐξαλαπάξῃ.
Ὣς ἔφατο Κρονίδης, πόλεμον δ' ἀλίαστον ἔγειρε.
Βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε θεοὶ, δίχα θυμὸν ἔχοντες.
Ἥρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
Ἠδὲ Ποσειδάων γαιήοχος, ἠδ' ἐριούνης
Ἑρμείας, ὃς ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκαστο·
Ἥφαιστος δ' ἅμα τοῖσι κίε, σθένεϊ βλεμεαίνων,
Χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.
Ἐς δὲ Τρῶας Ἄρης κορυθαίολος· αὐτὰρ ἅμ' αὐτῷ
Φοῖβος ἀκερσεκόμης, ἠδ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,
Λητώ τε, Ξάνθος τε, φιλομμειδής τ' Ἀφροδίτη.
Εἵως μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν,
Τέως Ἀχαιοὶ μὲν μέγ' ἐκύδανον, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
Ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς·

" Utrisque verò auxilium ferte, prout animus fert cujusque.
" Si enim Achilles solus contra Trojanos pugnet,
" Nè paulisper quidem sustinebunt velocem Pelidem.
" Etenim ipsum etiam anteà territi-fugiebant *tantùm* aspicientes:
" Nunc verò, quum jam et animo ob socium irascitur graviter,
" Vereor, ne et murum praeter fatum evertat."
Sic dixit Saturnius, certamenque inevitabile excitavit.
Perrexerunt-autem ire ad-pugnam dii, discordibus animis.
Juno quidem ad coetum navium et Pallas Minerva,
Atque Neptunus terram-cingens, et utilitatum-auctor
Mercurius, qui mente prudenti ornatus erat:
Vulcanus item cum his ibat, fortitudine oculos-truces-circumferens,
Claudicans; subtùs autem tibiae multo-molimine-ferebantur imbecillae.
Ad Trojanos verò Mars pugnam-expeditè-ciens; cumque ipso
Phoebus intonsus, et Diana sagittis-gaudens,
Latonaque, Xanthusque, amansque-risum Venus.
Quamdiù quidem seorsùm dii à mortalibus erant viris,
Tamdiù Achivi sanè magnoperè se-efferebant, quòd Achilles
In-conspectum-se-dederat, diù enim pugnâ abstinuerat tristi;

Ver. 26. —— μαχεῖται.] *Al.* μάχηται.

Ver. 28. —— ὑποτρομέεσκον.] *Contremiscere solebant.* Vide suprà ad β', 221.

Ver. 30.—ὑπὲρ μόρον.] Vide infrà ad *ver.* 336.

Ver. 32. Βὰν δ' ἴμεναι.] *Al.* Βὰν δ' ἴεναι.

Ver. 35. —— κέκαστο.] Si, κέκασται, dixisset; jam non constitisset Temporum ratio. Vide suprà ad ά, 37. et ad ό, 153.

Ver. 38. —— κορυθαίολος.] Vide suprà ad β', 816.

Ver. 39. Φοῖβος ἀκερσεκόμης.] "Apollo "chrysocomes cognominatur, à fulgore ra- "diorum, quas vocant comas aureas solis. "Unde et ἀκερσεκόμης, quòd nunquam ra- "dii possunt à fonte lucis avelli." *Macrob. Saturnal. Lib.* I. *cap.* 17.

Ver. 42. Τέως Ἀχαιοὶ.] Pronuntiabatur, ut opinor, Τῶς Ἀχαιοί. Vide suprà ad σ', 15. et ad έ, 539.

Ver. 43. —— ἐπέπαυτ'.] *Al.* ἀπέπαυτ'.

Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Δειδιότας, ὅθ' ὁρῶντο ποδώκεα Πηλείωνα
Τεύχεσι λαμπόμενον, βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ μεθ' ὅμιλον Ὀλύμπιοι ἤλυθον ἀνδρῶν,
Ὦρτο δ' Ἔρις κρατερὴ, λαοσσόος· αὖε δ' Ἀθήνη,
Στᾶσ' ὅτε μὲν παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν, τείχεος ἐκτὸς,
Ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀΰτει·
Αὖε δ' Ἄρης ἑτέρωθεν, ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος,
Ὀξὺ κατ' ἀκροτάτης πόλεως Τρώεσσι κελεύων,
Ἄλλοτε πὰρ Σιμόεντι θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ.
Ὣς τοὺς ἀμφοτέρους μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες
Σύμβαλον, ἐν δ' αὐτοῖς ἔριδα ῥήγνυντο βαρεῖαν.
Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ὑψόθεν· αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε
Γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
Πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης,

Trojanos verò tremor gravis subiit membra cuique,
Timentes, quòd viderent pedibus-velocem Pelidem
Armis splendentem, hominum-perniciei parem Marti.
Sed postquàm ad turbam Olympii venerant virorum,
Orta est Contentio vehemens, populi-concitatrix; exclamabat verò Minerva,
Stans interdùm quidem ad fossam manu-factam, extra murum,
Interdum super littoribus resonis altùm vociferabatur:
Clamabat et Mars ex-aliâ-parte, obscuro turbini similis,
Acutè à summâ urbe Trojanos adhortans;
Interdum propter Simoënta currens super Callicolone.
Sic istos utrosque beati dii excitantes
Commiserunt, interque eos contentionem irrumpere fecerunt gravem.
Horrendùm autem intonuit pater hominumque deûmque
Ex alto: at subtùs Neptunus concussit
Terram immensam, montiumque excelsos vertices.
Omnes autem concutiebantur radices riguae-fontibus Idae,

Ver. 45. Δειδιότας, ὅθ'.] Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 48 et 66. Ὦρτο.] Vide suprà ad β', 810.

Ibid. —— κρατερὴ, λαοσσόος· αὖε δ' Ἀθήνη.] Nonnulli olim (notante *Eustathio*) ita interpungebant: κρατερή· λαοσσόος αὖε δ' Ἀθήνη· scilicèt ut vox λαοσσόος ad Ἀθήνη referatur. Sed minùs aptè.

Ver. 49. —— ἐκτὸς.] *Al.* ἐντός.

Ver. 50. Ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀΰτει.]

—— intendit vocem, quâ protinus omne
Contremuit nemus, et sylvæ intonuere profundæ. *Æn.* VII, 514.

Ver. 51. Αὖε δ' Ἄρης.] *Strabo, Geograph. lib.* XIII, legit, Ὦρτο δ' Ἄρης.

Ver. 52. —— πόλεως.] *Al.* πόληος. Quod perinde est.

Ver. 53. —— θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ.] Ἀρίσταρχος ἀνέγνω περισπωμένως, τὸ χωρίον θεῶν λέγων· ἡ δὲ Καλλικολώνη ἐστὶν ὑψηλὸς τόπος. *Schol.*

Ver. 56. —— Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ.]

Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit ——. *Æn.* VII, 141.

Ibid. —— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.] Vide suprà ad ό, 12.

Ver. 59. Πάντες δ' ἐσσείοντο.] Ἐνεργείας ἕνεκεν φησὶ, "Πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης, Καὶ κορυφαί." Μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς εἰς ἔννοιαν τῆς ταραχῆς ἤγαγεν· ἀπὸ τῶν φύσει κινουμένων τῶν ἡμετέρων σωμάτων, τὴν ἐπὶ τὰ ἀκίνητα μετάστασιν ποιησάμενος. *Aristid. Quintil. de Musicâ, lib.* 2.

Καὶ κορυφαὶ, Τρώων τε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν.
Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς,
Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε· μή οἱ ὕπερθε
Γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη

Et vertices, Trojanorumque urbs, et naves Achivorum.
Timuit verò subtùs rex inferorum Pluto,
Territusque solio exiliit, et exclamavit, *veritus;* ne ei supernè
Terram rescinderet Neptunus quassator-terrae,
Domusque mortalibus et immortalibus panderentur

Ibid. —— πολυπιδάκου.] *Al.* πολυπίδακος. Quo modo legit et Codex *Harleianus.*

Ver. 61. Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων, &c.] Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα, —— "Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδω- "νεύς· Δείσας," &c. Ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς, ἀναῤῥηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς, αὐτοῦ δὲ γυμνουμένου ταρτάρου, ἀνατροπὴν δὲ ὅλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνοντος, πάνθ' ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ἅμα τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ; Ἀλλὰ ταῦτα φοβερὰ μὲν, πλὴν εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, καὶ παντάπασιν ἄθεα, καὶ οὐ σώζοντα τὸ πρέπον. *Longinus,* § 9. Imitatus est hunc locum *Virgilius:*

Non secùs ac si quâ penitùs vi terra dehiscens,
Infernas reserat sedes, et regna recludat
Pallida, diis invisa; superque immane barathrum
Cernatur; trepidentque immisso lumine Manes. *Æn.* VIII, 243.

Et *Ovidius:*

Inde tremit tellus, et rex pavet ipse silentum
Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu,
Immissusque dies trepidantes terreat umbras. *Metamorph.* V, 356.

Et *lib.* II. *ver.* 260:

Dissilit omne solum; penetratque in Tartara rimis
Lumen, et infernum terret cum conjuge [regem.

Quorum de duobus prioribus locis *Tollius,* in annotationibus ad locum *Longini* jam suprà citatum: "Nitere" inquit "videntur hæc, "et magnitudinem præ se ferunt seorsum "lecta: verùm si cum illis Homeri compa- "rentur, facilè quivis animadvertet quan- "tum πάθος in Homericis sit versibus, quan- "taque sublimitas; sic ut nemo, nisi qui "planè harum rerum rudis sit, et ἄμουσος, "non commoveatur, ubi hæc legerit, et cum "ipso Plutone dehiscentes sibi videre videa- "tur inferos." De *Virgilii* porrò loco ita *Macrobius:* "Interdum" inquit "sic aucto- "rem suum dissimulantèr imitatur [*Virgilius,*] "ut loci inde descripti solam dispositionem "mutet, et faciat velut aliud videri. Ho- "merus ingenti spiritu ex perturbatione ter- "ræ ipsum Ditem patrem territum prosilire "et exclamare quodammodò facit. —— Hoc "*Maro* non narrationis sed parabolæ loco po- "suit, ut aliud esse videretur." *Saturnal. Lib.* V. *cap.* 16.

Tunc confestim Achillis ab oculis dispersit caliginem
Densam: Is verò continuò clarè vidit oculis:
Ingemiscens autem dixit ad suum magnum animum:
"Papae, certè magnum miraculum hoc oculis video:
"Hasta quidem haec jacet in terrâ, neque omninò virum
"Video, in quem immisi, interficere cupiens.
"Certè et Aeneas igitur charus immortalibus diis
"Erat; sed ipsum putabam frustrà sic gloriari.
"Valeat: non ei animus me ampliùs experiri
"Erit, qui et nunc fugit lubens ex morte.
"Sed agedum, Danaos bellicosos adhortatus,
"Alios Trojanos experiar obvius profectus."
Dixit, et in ordines saliit: adhortabaturque virum quemque:
"Nè ampliùs nunc à Trojanis procul state, nobiles Achivi,
"Sed age, vir contra virum eat, animoque-praesenti capessat-pugnam.

"autem dubium est, quin violentam et inopinatam mortem significaverit; quæ quidem potest rectè videri accidere præter naturam." *Gell. lib.* XIII. *cap.* 1.

Ver. 338. Θαρσήσας.] Cod. *Harleian.* Θαῤῥήσας.

Ibid. —— δὴ ἔπειτα.] Ita edidit *Barnesius.* *Al.* δ' ἤπειτα.

Ibid. —— μετὰ πρώτοισι.] *Al* μετὰ Τρώεσσι.

Ver. 340. —— διεπέφραδε.] Vide suprà ad β', 514. et ad ξ', 500.

Ver. 341. —— σκέδασ'.] Vide suprà ad β', 140.

Ver. 345. — ἐπὶ χθονὸς.] *Al.* ἐπὶ χθονί.

Ver. 347 et 367. — ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 350. — ὃς καὶ.] Cod. *Harleian.* ὡς καί.

Ver. 351. —— ἄγε δὴ.] *Age quæso.* Vide suprà ad β', 158.

Ἀργαλέον δέ μοι ἐστὶ, καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι,
Τοσσούσδ' ἀνθρώπους ἐφέπειν, καὶ πᾶσι μάχεσθαι·
Οὐδὲ κ' Ἄρης, ὅσπερ θεὸς ἄμβροτος, οὐδὲ κ' Ἀθήνη,
Τοσσῆσδ' ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, καὶ πονέοιτο·
Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε, ποσίν τε,
Καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν οὐδ' ἠβαιόν·
Ἀλλὰ μάλα στιχὸς εἶμι διαμπερὲς, οὐδέ τιν' οἴω
Τρώων χαιρήσειν, ὅστις σχεδὸν ἔγχεος ἔλθῃ.
Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· Τρώεσσι δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ
Κέκλεθ' ὁμοκλήσας, φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος·
Τρῶες ὑπέρθυμοι, μὴ δείδιτε Πηλείωνα.
Καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην,
Ἔγχεϊ δ' ἀργαλέον, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν.
Οὐδ' Ἀχιλεὺς πάντεσσι τέλος μύθοις ἐπιθήσει,
Ἀλλὰ τὸ μὲν τελέει, τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει.
Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

" Difficile autem mihi est, etiam fortis licèt sim,
" Tot homines insequi, et cum omnibus pugnare :
" Neque enim vel Mars, qui tamen deus immortalis, neque Minerva,
" Tantae aciei persequens-obire-possit adversos-ordines, et impigre-agere :
" Sed quantum quidem ego valeo manibusque, pedibusque,
" Et animis, me jam nego contentionem-remissurum nè minimùm quidem :
" Sed omninò per ordines ibo penitùs, neque quenquam puto
" Troüm gavisurum esse, qui prope hastam venerit."
Sic dixit incitans : Trojanos verò illustris Hector
Hortabatur increpitans, affirmabatque *se* iturum contra Achillem :
" Trojani magnanimi, ne timete Pelidem.
" Et sanè ego verbis vel cum immortalibus pugnare-possem,
" Hastâ verò arduum, longè enim potentiores sunt.
" Neque Achilles omnibus finem sermonibus imponet,
" Sed aliud quidem perficiet, aliud verò in-medio-conatu imperfectum-relinquet.
" Illi autem ego obvius ibo, etiam si igni manuum-vi similis-est,
" Si igni manuum-vi similis-est, animoque rutilo ferro."

Ver. 357—359. Τοσσούσδ' —— Τοσσῆσδ'.] *Barnesius* hîc παρέλκειν τὸ "δὲ" contendit; quod, ut opinor, haud patitur linguæ Græcæ ratio. Ego potiùs voces istas "Τοσσούσδ', "Τοσσῆσδ'," *demonstrativas* esse arbitror; (κατὰ δεῖξιν· *Schol.*) quasi dicas, *Hos tot viros*; vel, *Hanc tantam hominum multitudinem*: et *Hujus tantæ aciei*. Cæterùm Codex *Harleianus* hîc legit Τόσσους —— Τόσσης.

Ibid. —— ἀνθρώπους.] Cod. *Harleian.* ἀνθρώπων.

Ver. 362. —— μάλα στιχὸς.] *Al.* μάλ' ἂν στίχας.

Ibid. —— οὐδέ τιν' οἴω Τρώων χαιρήσειν.] De venustate istius, χαιρήσειν, vide suprà ad έ, 11. ad ν', 344. et ad ά, 333.

Ver. 363. —— ἔλθῃ.] *Al.* ἔλθοι.

Ver. 368. —— ἀργαλέον, ἐπειὴ.] Quâ ratione, ἀργαλέον, hîc ultimam producat; item ὑπὸ, *ver.* 385. et ἑλκόμενος, *ver.* 404. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 370. —— κολούει.] Ἀκέφαλον καὶ ἀτελῆ ποιήσει, τοῦτ' ἔστιν, ἀποτεύξεται πρὸ τοῦ ποιῆσαι. *Schol.*

Ver. 371. Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι.]

Audeo, et Æneadûm promitto occurrere turmæ;
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contrà.
Æn. XI, 503.

Ibid. —— καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.] Vide infrà ad χ', 127. et ad ψ', 642.

Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· οἱ δ' ἀντίοι ἔγχε' ἄειρον
Τρῶες· τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, ὦρτο δ' ἀϋτή.
Καὶ τότ' ἄρ' Ἕκτορα εἶπε παραστὰς Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, μηκέτι πάμπαν Ἀχιλλῆϊ προμάχιζε,
Ἀλλὰ κατὰ πληθύν τε καὶ ἐκ φλοίσβοιο δέδεξο,
Μήπως σ' ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδὸν ἄορι τύψῃ.
Ὣς ἔφαθ'· Ἕκτωρ δ' αὖτις ἐδύσατο οὐλαμὸν ἀνδρῶν,
Ταρβήσας, ὅτ' ἄκουσε θεοῦ ὄπα φωνήσαντος.
Ἐν δ' Ἀχιλεὺς Τρώεσσι θόρε φρεσὶν εἱμένος ἀλκὴν,
Σμερδαλέα ἰάχων· πρῶτον δ' ἕλεν Ἰφιτίωνα
Ἐσθλὸν, Ὀτρυντείδην, πολέων ἡγήτορα λαῶν,
Ὃν νύμφη τέκε Νηῒς Ὀτρυντῆϊ πτολιπόρθῳ,
Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ·
Τόν ῥ' ἰθὺς μεμαῶτα βάλ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεὺς,
Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη·
Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ἀχιλλεύς·
Κεῖσαι, Ὀτρυντείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·

Sic dixit incitans: adversi verò hastas tollebant
Troës: horum autem in-unum congressa est vis, ortusque est clamor.
Et tunc quidem Hectorem allocutus est astans Phoebus Apollo:
" Hector, ne jam omninò cum Achille congrediaris-ante-aciem,
" Sed in agmineque et ex turbâ excipe,
" Ne quà te vel missili-feriat, vel cominùs ense percutiat."
Sic dixit: Hector verò rursus immersit-se in agmen densum virorum,
Perculsus, ut audivit dei vocem locuti.
At Achilles in Trojanos insiliit, praecordia indutus robur,
Horrendè vociferans: Primum autem interfecit Iphitiona
Strenuum, Otryntidem, magnarum ductorem copiarum,
Quem nympha peperit Naïs Otrynteo urbium-eversori,
Tmolo sub nivoso, Hydae in opulentâ civitate:
Hunc quidem rectà animosè-irruentem percussit hastâ nobilis Achilles,
Medio capite; illud verò in-duas-partes totum diffissum est:
Fragorem autem edidit cadens: super *eum* verò gloriabatur Achilles:
" Jaces, Otryntide, omnium terribilissime virorum:

Ver. 375. Καὶ τότ' ἄρ'.] *Et tum deinceps* —.

Ver. 377. —— δέδεξο.] *Al.* δέδεξαι.

Ver. 378. —— ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδόν.] Vide suprà ad δ', 540. et ad ρ', 84.

Ver. 382. Σμερδαλέα ἰάχων.] Vide suprà ad δ', 456.

Ver. 385. Τμώλῳ.] Ὄρει Λυδίας. *Schol.*

Ibid. —— νιφόεντι.] Quâ analogiâ vox νιφόεντι, quæ primam *corripit*, deducta sit ex νίφειν, quæ primam *producit*; vide suprà ad ά, 338. et ad μ', 280.

Ibid. —— Ὕδης.] Πόλις Λυδίας, ἡ νῦν καλουμένη Σάρδεις. *Schol.*

Ver. 386. Τόν ῥ'.] *Hunc, inquam,* ——. Cæterùm Codex *Harleianus* hic legit, Τὸν δ'.

Ibid. —— μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.

Ver. 387. Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα.]

Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit; ———
——— atque illi partibus æquis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit. *Æn.* IV, 750. 754.

Ver. 388. Δούπησεν δὲ.] Vide suprà ad ν' 181.

Ἐνθάδε τοι θάνατος· γενεὴ δέ τοι ἔστ' ἐπὶ λίμνῃ
Γυγαίῃ, ὅθι τοι τέμενος πατρώϊόν ἐστιν,
Ὕλλῳ ἐπ' ἰχθυόεντι, καὶ Ἕρμῳ δινήεντι.
Ὣς φάτ' ἐπευχόμενος· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε·
Τὸν μὲν Ἀχαιῶν ἵπποι ἐπισσώτροις δατέοντο
Πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ· ὁ δ' ἐπ' αὐτῷ Δημολέοντα,
Ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης, Ἀντήνορος υἱὸν,
Νύξε κατὰ κρόταφον, κυνέης διὰ χαλκοπαρήου.
Οὐδ' ἄρα χαλκείη κόρυς ἔσχεθεν, ἀλλὰ δι' αὐτῆς
Αἰχμὴ ἱεμένη ῥῆξ' ὀστέον, ἐγκέφαλος δὲ
Ἔνδον ἅπας πεπάλακτο· δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα.
Ἱπποδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων ἀΐσσοντα,
Πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, μετάφρενον οὔτασε δουρί·
Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος
Ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα,

"Hîc tibi mors; genus autem tibi est ad lacum
"Gygaeum, ubi tibi ager paternus est,
"Hyllum ad piscosum, et Hermum vorticosum."
Sic dixit super *eum* glorians; Illum autem caligo oculos obtexit:
Hunc quidem Achivorum equi canthis-rotarum lacerârunt
Primâ in acie: Ille verò post hunc Demoleontem,
Strenuum propulsatorem pugnae, Antenoris filium,
Percussit ad tempus per galeam aeneis-munitam-malis.
Nec sanè aerea galea prohibuit, sed per ipsam
Cuspis pergendi-cupida rupit os; cerebrum verò
Intùs totum foedatum est: domuit verò illum ardentem.
Hippodamantem autem deindè à curru desilientem,
Ante se fugientem, in dorso percussit hastâ:
Et is animum exhalabat et mugiebat, ut cùm taurus
Mugit vi-tractus Heliconium circum regem,

Ver. 390. Ἐνθάδε τοι θάνατος· γενεὴ δέ.]
Hîc tibi mortis erant metæ: domus alta sub Idâ. *Æn.* XII, 546.

Ibid. —— ἐπὶ λίμνῃ.] *Al.* ἐνὶ λίμνῃ.

Ibid. —— λίμνῃ Γυγαίῃ.] Οὕτως ἐν Λυδίᾳ λίμνη καλουμένη Γυγαίη· ἤτοι ἀπὸ Γύγου τοῦ Κανδαύλου, ὃν πρῶτόν φασι βασιλεῦσαι Λυδῶν· ἢ ἀπό τινος ἐγχωρίου ἥρωος Γύγου καλουμένου. *Schol.*

Ver. 392. Ὕλλῳ ἐπ' ἰχθυόεντι.] Sic apud *Virgilium:*
——— *piscosove* amne Padusæ. *Æn.* XI, 457.

Ver. 393. —— τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.] Vide suprà ad δ', 461 et 503.

Ver. 399. Αἰχμὴ ἱεμένη.] Vide suprà ad ό, 317.

Ibid. —— ῥῆξ' ὀστέον, ἐγκέφαλος δέ.] Vide suprà ad λ', 97.

Ver. 400. —— μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.

Ver. 402. Πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, μετάφρενον οὔτασε.]
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea praeter
Trajicit. ——— *Æn.* X, 399.

Ibid. —— οὔτασε.] Vide suprà ad ν', 192. et ad δ', 525.

Ver. 403. —— ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος Ἤρυγεν ἑλκόμενος.]
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Quales mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, et incertam excussit cervice securim. *Æn.* II, 222.
Quem locum inter eos recenset *Macrobius*, in quibus *Virgilius Homerici* carminis majestatem non æquat. *Lib.* V. *cap.* 13.

Ver. 404. ——— Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.] Τὸν Ποσειδῶνα· ἤτοι, ὅτι ἐν Ἑλικῶνι ὄρει τῆς Βοιωτίας τιμᾶται· ἢ ἐν Ἑλίκῃ ——— Ἑλίκῃ

Κούρων ἑλκόντων· γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων·
Ὣς ἄρα τόν γ' ἐρυγόντα λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.
Αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ' ἀντίθεον Πολύδωρον
Πριαμίδην· τὸν δ' οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
Οὕνεκά οἱ μετὰ πᾶσι νεώτατος ἔσκε γόνοιο,
Καί οἱ φίλτατος ἔσκε, πόδεσσι δὲ πάντας ἐνίκα.
Δὴ τότε νηπιέῃσι, ποδῶν ἀρετὴν ἀναφαίνων,
Θῦνε διὰ προμάχων, εἵως φίλον ὤλεσε θυμόν.
Τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς,
Νῶτα παραΐσσοντος, ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες
Χρύσειοι σύνεχον, καὶ διπλόος ἤντετο θώρηξ·
Ἀντικρὺ δὲ διέσχε παρ' ὀμφαλὸν ἔγχεος αἰχμή·
Γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας· νεφέλη δέ μιν ἀμφεκάλυψε
Κυανέη, προτί οἱ δ' ἔλαβ' ἔντερα χερσὶ λιασθείς.
Ἕκτωρ δ', ὡς ἐνόησε κασίγνητον Πολύδωρον,
Ἔντερα χερσὶν ἔχοντα, λιαζόμενον προτὶ γαίῃ,
Κάῤῥα οἱ ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλὺς, οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη

Adolescentibus trahentibus; gaudet autem his Neptunus:
Sic utique hujus mugientis reliquit ossa animus ferox.
At ille ivit cum hastâ in deo-parem Polydorum
Priamidem: Eum verò neutiquam pater sinebat pugnare,
Quòd sibi inter omnes minimus erat natu,
Et sibi charissimus erat, pedibusque omnes vincebat.
Tum verò juvenili-stultitiâ, pedum virtutem ostentans,
Ruebat per primos-pugnatores, donec suam perdidit animam.
Hunc percussit medium jaculo pedibus-valens nobilis Achilles,
Terga praetercurrentis, ubi baltei annuli
Aurei constringebant, et duplex occurrebat thorax;
In adversam verò partem perrupit ad umbilicum hastae cuspis:
In-genua autem procidit ejulatu-edito; nubesque ipsum obtexit
Nigra; ad se verò collegit intestina manibus inclinatus.
Hector verò, ut vidit fratrem Polydorum,
Viscera manibus tenentem, advolutum terrae;
Continuò ejus oculis offusa est caligo, neque ampliùs sustinuit

δὲ νῆσος Ἀχαΐας, ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος. *Schol.* Vide et *Strabonem*, *Geograph. lib.* VIII. *pag.* 589. *Al.* 384.

Ver. 405. — γάνυται.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 406. —— ἄρα.] *Ut dictum est*, —— *ver.* 403.

Ibid. —— ἐρυγόντα.] Ita ex *Eustathio* edidit *Barnesius*. *Al.* ἐρύγοντα.

Ver. 408—418. Πριαμίδην.] —— Κυανέη.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 409. —— μετὰ πᾶσι.] Cod. *Harleian.* μετὰ παισί.

Ver. 410. —— πόδεσσι δὲ.] Cod. *Harleian.* πόδεσσί τε.

Ibid. —— ἐνίκα.] *Vincere solebat.* Vide suprà ad *ver.* 28. et ad ν', 84.

Ver. 414. —— ὀχῆες.] Οἱ συνέχοντες τὸν ζωστῆρα ἱμάντες. *Schol.*

Ver. 416. Ἀντικρὺ δὲ.] Quâ ratione, Ἀντικρὺ hîc ultimam producat; item εὐχόμενος, *ver.* 424. et ἔτι, *ver.* 426. et νηπύτιον, *ver.* 431. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 421. Κάῤῥα.] Id est, ut rectè notavit *Barnesius*, Κατά ῥα. Eodem modo ac καγγόνυ pro κατὰ γόνυ infrà *ver.* 458; κάδδε pro κατὰ δέ, *&c.*

Ibid. —— κέχυτ' ἀχλὺς.] Cod. *Harleian.* κέχυτο χόλος.

Δηρὸν ἑκὰς στρωφᾶσθ', ἀλλ' ἀντίος ἦλθ' Ἀχιλῆϊ,
Ὀξὺ δόρυ κραδάων, φλογὶ εἴκελος· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ὡς εἶδ', ὡς ἀνέπαλτο, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
Ἐγγὺς ἀνὴρ, ὃς ἐμόν γε μάλιστ' ἐσεμάσσατο θυμὸν,
Ὅς μοι ἑταῖρον ἔπεφνε τετιμένον· οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
Ἀλλήλους πτώσσοιμεν ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.
Ἦ, καὶ ὑπόδρα ἰδὼν προσεφώνεεν Ἕκτορα δῖον·
Ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.
Τὸν δ' οὐ ταρβήσας προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς,
Ἔλπεο δειδίξεσθαι· ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς
Ἠμὲν κερτομίας, ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι·
Οἶδα δ', ὅτι σὺ μὲν ἐσθλὸς, ἐγὼ δὲ σέθεν πολὺ χείρων.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
Αἴκε σε, χειρότερός περ ἐὼν, ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι,
Δουρὶ βαλών· ἐπειὴ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν.
Ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δόρυ, καί τό γ' Ἀθήνη

Diu procul versari, sed obvius venit Achilli,
Acutam hastam vibrans, flammae similis: At Achilles
Ut vidit, ut exiliit, et jactabundus verbum dixit:
" Propè vir, qui meum quidem maximè intimum-pupugit animum,
" Qui mihi sodalem interfecit charissimum; neque sanè diutius
" Alter alterum trepidi-fugiamus per aciei semitas."
Dixit, et torvè intuitus allocutus est Hectorem nobilem:
" Propiùs accede, ut ocyùs ad mortis metas pervenias."
Illum verò interritus allocutus est pugnam expeditè-ciens Hector:
" Pelide, ne jam me verbis saltem, puerulum tanquam,
" Speres *te* perterrefacturum; facilè enim possum et ipse
" Et convitia, et opprobria proloqui:
" Scio autem, quòd tu quidem strenuus, ego verò te multò inferior.
" Sed haec quidem Deorum in genibus posita sunt,
" An tibi, inferior licèt sim, animum exemero,
" Hastâ percusso: nam et meum telum acutum cuspide."
Dixit utique, et vibratam emisit hastam, et eam quidem Minerva

---

Ver. 422. ——— Ἀχιλῆϊ.] Cod. *Harleian.* Ἀχιλῆος.

Ver. 423. —— εἴκελος.] Ita ex uno MS. edidit *Barnesius.* *Al.* ἴκελος. Minus rectè. Vide suprà ad σ', 154. et ad ν', 53.

Ver. 424. Ὡς εἶδ', ὡς ἀνέπαλτο.] Vide suprà ad τ', 16.

Ibid. — ἀνέπαλτο.] Vide suprà ad θ', 85.

Ver. 425. — ἐσεμάσσατο.] *Barnesius* edidit ἐσεμάσσετο· rationibus, ut opinor, haud satìs idoneis. Vide suprà ad ρ', 564. *Al.* ἐπεμάσσατο.

Ver. 427. — πτολέμοιο γεφύρας.] Τὰ μεταξὺ τῶν πολεμούντων διαστήματα. *Schol.* Vide suprà ad δ', 371. et ad θ', 378.

Ver. 430. — κορυθαίολος.] Vide suprà ad β', 816.

Ver. 431. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί.] Vide suprà ad *ver.* 200.

Ver. 434. — ὅτι.] Edidit *Barnesius,* ὅ τι. Sed nihil opus. Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 435. Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.] Vide suprà ad ρ', 514. *Al.* θεῶν ἐπὶ γούνασι κείσθω.

Ver. 437. —— ἐπειὴ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ.]
Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextrâ
Spargimus, et nostro sequitur de vulnere sanguis. *Æn.* XII, 50.

Ver. 438. —— τό γ' Ἀθήνη Πνοιῇ Ἀχιλλῆος πάλιν ἔτραπε.]
Excepere auræ vulnus; Saturnia Juno
Detorsit veniens, portæque infigitur hasta. *Æn.* IX, 745.

Πνοιῇ Ἀχιλλῆος πάλιν ἔτραπε κυδαλίμοιο,
Ἦκα μάλα ψύξασα· τὸ δ' ἂψ ἵκεθ' Ἕκτορα δῖον,
Αὐτοῦ δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ἐμμεμαὼς ἐπόρουσε, κατακτάμεναι μενεαίνων,
Σμερδαλέα ἰάχων· τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων
Ῥεῖα μάλ', ὥστε Θεὸς, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.
Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Ἔγχεϊ χαλκείῳ, τρὶς δ' ἠέρα τύψε βαθεῖαν·
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
Δεινὰ δ' ὁμοκλήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον· ἦτέ τοι ἄγχι
Ἦλθε κακόν· νῦν αὖτέ σ' ἐρύσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὧ μέλλεις εὔχεσθαι, ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.
Ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας,
Εἴπου τις καὶ ἔμοιγε θεῶν ἐπιτάῤῥοθός ἐστι·
Νῦν δ' ἄλλους Τρώων ἐπιείσομαι, ὅν κε κιχείω.
Ὣς εἰπὼν, Δρύοπ' οὖτα κατ' αὐχένα μέσσον ἄκοντι·

Flatu ab Achille retrò avertit glorioso,
Lenitèr admodùm afflatam; illa autem rediit ad Hectorem nobilem,
Ipsiusque ante pedes cecidit: verùm Achilles
Animo-paratissimo irruit, occidere cupiens
Horrendùm vociferans: Illum verò eripuit Apollo
Facilè admodùm, utpote Deus, operuitque caligine multâ.
Ter quidem deindè irruit pedibus-valens nobilis Achilles
Hastâ aereâ, terque caliginem percussit profundam:
Sed quando jam quartò irruebat, deo par,
Minacitèr tum verò increpitans verbis alatis allocutus est:
" Rursùs nunc effugisti mortem, canis; certè tibi propè
" Venerat malum; nunc verò te eripuit Phoebus Apollo,
" Cui scilicèt vota facis, cùm proficisceris in stridorem jaculorum.
" At certè te conficiam omninò et posthàc obvius-factus,
" Si fortè aliquis et mihi deorum adjutor est:
" Nunc verò alios Trojanorum persequar, quemcunque deprehendere-potuero."
Sic locutus, Dryopem percussit ad cervicem mediam jaculo;

Ver. 439. —Ἀχιλλῆος.] Ita edidit *Barnesius*. *Al.* Ἀχιλῆος.

Ver. 443. Σμερδαλέα ἰάχων.] Vide suprà ad δ', 456.

Ver. 444. —— Θεὸς, ἐκάλυψε.] Quâ ratione, Θεὸς hìc ultimam producat; item ξίφεϊ, *ver.* 459. et δινόμενον, *ver.* 472. et θάνατον, *ver.* 481. vide suprà ad ά, 51.

Ver. 448. Δεινὰ δ'.] Malè hìc *Barnesius*: " Manifestum est, (inquit,) vel ex hoc unico loco, τὸ, " Δὲ," ἐγκλιτικὸν εἶναι, καὶ " παρέλκειν." Vide suprà ad π', 706. et ad ά, 57.

Ver. 450. —— ἐρύσσατο.] *Al.* ἐρύσατο. Male; antepenultimam enim corripit. Vide suprà ad π', 781.

Ver. 451. — δοῦπον.] Vide suprà ad δ', 455.

Ver. 454. Νῦν δ' ἄλλους Τρώων.] Cod. *Harleian.* Νῦν δ' αὖ τοὺς ἄλλους.

Ver. 455. Ὣς εἰπὼν, Δρύοπ' οὖτα κατ' αὐχένα.]

—— rigidâ Dryopen ferit eminùs hastâ
Sub mentum graviter pressâ, pariterque loquentis
Vocem animamque rapit, trajecto gutture ——. *Æn.* X, 346.

Ver. 455. 469 et 472. —— εἶτα.] Vide suprà ad ν', 192.

Ἤριπε δὲ προπάροιθε ποδῶν· ὁ δὲ τὸν μὲν ἔασε,
Δημοῦχον δὲ Φιλητορίδην ἠΰν τε μέγαν τε
Καγγόνυ δουρὶ βαλὼν ἠρύκακε· τὸν μὲν ἔπειτα
Οὐτάζων ξίφεϊ μεγάλῳ, ἐξαίνυτο θυμόν.
Αὐτὰρ ὁ Λαόγονον καὶ Δάρδανον, υἷε Βίαντος,
Ἄμφω ἐφορμηθεὶς ἐξ ἵππων ὦσε χαμᾶζε,
Τὸν μὲν δουρὶ βαλὼν, τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας.
Τρῶα δ' Ἀλαστορίδην· ὁ μὲν ἀντίος ἤλυθε, γούνων,
Εἴπως εὖ πεφίδοιτο, λαβὼν, καὶ ζωὸν ἀφείη,
Μηδὲ κατακτείνειεν, ὁμηλικίην ἐλεήσας·
Νήπιος, οὐδὲ τὸ ᾔδη, ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν.
Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων,
Ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς· ὁ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων,
Ἱέμενος λίσσεσθ', ὁ δὲ φασγάνῳ οὖτα καθ' ἧπαρ·
Ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ
Κόλπον ἐνέπλησεν, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε,
Θυμοῦ δευόμενον· ὁ δὲ Μούλιον οὖτα παραστὰς

Cecidit autem *is ei* ante pedes: Ille autem hunc quidem reliquit;
Demuchum verò Philetoridem strenuumque magnumque
Ad genu hastâ percussum detinuit: huic quidem deindè,
Feriens ense magno, exemit animam.
Porrò ille Laogonum et Dardanum, filios Biantis,
Ambos cum-impetu-adortus ex curru depulit in terram,
Alterum hastâ percussum-eminùs, alterum verò cominùs ense.
Troëm etiam Alastoridem: hic quidem obvius venerat, genibus,
Si quo modo sibi parceret, prehensis, et vivum dimitteret,
Neque interficeret, aequalem-aetatem miseratus:
Demens, neque hoc sciebat, quòd non persuasurus erat.
Haudquaquam enim *Achilles* animo-mitis vir erat, neque lenis,
Sed valdè ferox: Hic quidem ceperat manibus genua,
Cupiens precari, ille autem ense percussit ad hepar;
Hujus autem hepar excidit, et ater sanguis ex ipso
Sinum implevit, eumque tenebrae oculos contexere,
Animâ cassum: *Achilles* verò Mulium percussit propè astans

Ver. 456. — ἔασε.] Vide suprà ad δ', 42.

Ver. 458. Καγγόνυ.] Cod. *Harleian.* Κακγόνυ.

Ver. 459. —— ἐξαίνυτο.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 462. Τὸν μὲν δουρὶ βαλὼν, τὸν δὲ σχεδὸν.]

Turnus ——— Amycum, fratremque Diorem,
——— hunc venientem cuspide longâ,
Hunc mucrone ferit —. *Æn.* XII, 509.

Ver. 463. ——— ἤλυθε.] Vide suprà ad ό, 454. et ad ά, 37.

Ver. 464. Εἴπως εὖ πεφίδοιτο.] Cod. *Harleian.* Εἴπως οἱ πεφίδοιτο.

Ver. 467. Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος.]

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis. *Horat. Ars Poëtic.* 121.

Exhibet nempe Heroem suum Poeta, non qualis esse debuerit, sed qualem famâ accepisset.

Ver. 470. —— ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ Κόλπον ἐνέπλησεν.]

——— validum namque exigit ensem
Per medium Æneas juvenem ———
Implevitque sinum sanguis. ———
Æn. X, 815. 819.

Ver. 471. — τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.] Vide suprà ad δ', 461 et 503.

Δουρὶ κατ' οὖς· εἶθαρ δὲ δι' οὔατος ἦλθ' ἑτέροιο
Αἰχμὴ χαλκείη· ὁ δ' Ἀγήνορος υἱὸν Ἔχεκλον
Μέσσην κακκεφαλὴν ξίφει ἤλασε κωπήεντι·
Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· τὸν δὲ κατ' ὄσσε
Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Δευκαλίωνα δ' ἔπειθ', ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες
Ἀγκῶνος, τῇ τόν γε φίλης διὰ χειρὸς ἔπειρεν
Αἰχμὴ χαλκείη· ὁ δέ μιν μένε χεῖρα βαρυνθεὶς,
Πρόσθ' ὁρόων θάνατον· ὁ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας,
Τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε, μυελὸς αὖτε
Σφονδυλίων ἔκπαλθ'· ὁ δ' ἐπὶ χθονὶ κεῖτο τανυσθείς.
Αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετ' ἀμύμονα Πείρεω υἱὸν,
Ῥίγμον, ὃς ἐκ Θρήκης ἐριβώλακος εἰληλούθει·
Τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι, πάγη δ' ἐν νηδυΐ χαλκός·
Ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων· ὁ δ' Ἀρηΐθοον θεράποντα,
Ἂψ ἵππους στρέψαντα, μετάφρενον ὀξέϊ δουρὶ
Νύξ', ἀπὸ δ' ἅρματος ὦσε· κυκήθησαν δέ οἱ ἵπποι.

Hastâ ad aurem; moxque per aurem ivit alteram
Cuspis aerea: Ille verò Agenoris filium Echeclum
Medium ad caput ense feriit capulum-magnum-habente;
Totus autem incaluit ensis sanguine: hunc verò oculos
Occupavit purpurea mors et fatum violentum.
Deucalionem autem deindè, ubi connectuntur nervi
Cubiti, hâc illum dilectam per manum transfixit
Cuspis aerea; is verò illum expectavit manu gravatus,
Prae se videns mortem: Ille autem gladio cervice percussâ,
Procul cum ipsâ galeâ caput excussit: medulla verò
Vertebris exiliit: hic autem in terrâ jacuit extensus.
At ille perrexit ire in eximium Pirei filium,
Rhigmum, qui è Thraciâ glebosâ venerat:
Hunc percussit medium telo, fixumque est in ventre aes;
Decidit autem è curru: Ille autem Areïthoum famulum,
Retrò equos convertentem, in dorsum acutâ hastâ
Feriit, curruque deturbavit: turbati sunt autem ejus equi.

Ver. 473. — εἶθαρ δὲ δι' οὔατος ἦλθ' ἑτέροιο Αἰχμὴ χαλκείη.

——— it hasta Tago per tempus utrumque
Stridens ———.

Æn. IX, 418.

Ver. 475. Μέσσην κακκεφαλὴν ξίφει ἤλασε.] Vide suprà ad *ver.* 387.

Ver. 476. Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι.] Ἔστι καὶ ἡ Ἔμφασις· ἥτις, δι' ὑπονοίας, ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρίστησιν· Οἷον, "Πᾶν δ' "ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι." Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔμφασιν, ὡς βαπτισθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥστε θερμανθῆναι. *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 7.

Ver. 477. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος.] Vide suprà ad π', 334.

Ibid. —— πορφύρεος.] Vide suprà ad ά, 482.

Ver. 481. — ὁ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας, Τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε.]

—— huic uno dejectum cominùs ictu
Cum galeâ longè jacuit caput ——.

Æn. IX, 770.

Ver. 485. ——— Θρήκης.] Cod. *Harleian.* Θράκης.

Ibid. —— εἰληλούθει.] Vide suprà ad λ', 230.

Ver. 486. — πάγη.] Vide suprà ad δ', 185.

Ibid. — ἐν νηδυΐ.] Cod. *Harleian.* ἐν πνεύμονι. Ut suprà δ', 528.

Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ
Οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη,
Πάντη τε κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει·
Ὣς ὅγε πάντη θῦνε σὺν ἔγχεϊ, δαίμονι ἶσος,
Κτεινομένους ἐφέπων, ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα.
Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους,
Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ,
Ῥίμφα τε λέπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκων·
Ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος μεγαθύμου μώνυχες ἵπποι
Στεῖβον ὁμοῦ νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας· αἵματι δ' ἄξων
Νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες αἳ περὶ δίφρον,
Ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον,
Αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων· ὁ δὲ ἵετο κῦδος ἀρέσθαι
Πηλείδης, λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας ἀάπτους.

Ut verò fertur-furens per profundas convalles immanè-ardens ignis
Montis aridi; profunda autem crematur sylva,
Et quaquaversùs agitans ventus flammam contorquet:
Sic ille quaquaversùs furibundus ferebatur cum hastâ, deo par,
Occidendos insequens; fluebat autem sanguine terra nigra.
Ut verò cum quis junxerit boves mares latis-frontibus,
Ut triturent hordeum album aequabili in areâ,
Facilè protinùs comminuuntur boüm sub pedibus vehementèr-mugientium:
Sic ab Achille acti magnanimo solidi-ungulis equi
Calcabant simul cadaveraque et clypeos: sanguine autem axis
Subtùs totus foedatus erat, et ambitus qui *erant* circa sellam-currûs,
Quos utique ab equinis ungulis guttae aspergebant,
Atque à canthis: cupiebat verò gloriam referre
Pelides, cruore autem et sudore-pulverulento foedabatur manus invictas.

Ver. 490. Ὡς δ' ἀναμαιμάει.] Vide suprà ad λ', 155.

Ver. 491. — ὕλη.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 492 et 493. Πάντη.] *Al.* Πάντῃ.

Ver. 493. Ὣς ὅγε πάντη θῦνε σὺν ἔγχεϊ.]
Multa virûm volitans dat fortia corpora leto:
Semineces volvit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas. *Æn.* XII, 328.

Ver. 496. ——— ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.] *Al.* ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ.

Ver. 498. Ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος.]
Talis equos alacer media inter prœlia Turnus
Fumantes sudore quatit, miserabile cæsis
Hostibus insultans; spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mixtâque cruor calcatur arenâ. *Æn.* XII, 337.

Quem locum inter eos recenset *Macrobius*, in quibus Poëtarum "*par penè splendor ambo-*" *rum est.*" Lib. V. cap. 12.

Ver. 500. —— πεπάλακτο.] Vide suprà ad δ', 492. et ad ό, 153.

Ver. 501. Ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.] Ἃς ἀποπίπτουσαι τῶν ἱππείων ὁπλῶν, ὅ ἐστιν ὀνύχων, αἱ ῥανίδες ἔβαλλον. *Schol.*

Ibid. Ἃς ἄρ'.] *Quos utique,* ———. *Quos scilicèt* ———.

Ver. 503. —— λύθρῳ.] Ὁ ἐκ τῆς πολεμικῆς ἐνεργείας μολυσμός· ἢ τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος ἀνθρώπειον αἷμα λύθρος καλεῖται. *Schol.*

ΤΗΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

'ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ Φ'.

'Υπόθεσις τῆς Φ'. 'ΟΜΗΡΟΥ 'Ραψῳδίας.

ΤΩΝ Τρώων εἰς δύο διαιρεθέντων μέρη, τοὺς μὲν εἰς τὴν πόλιν, τοὺς δὲ εἰς τὸν Σκάμανδρον Ἀχιλλεὺς διώκει, καὶ δεκαδύο νεανίας ζωγρεῖ, εἰς ποινὴν Πατρόκλου· τὸν δὲ Λυκάονα, τὸν Πριάμου, καὶ Ἀστεροπαῖον ἀναιρεῖ. Ἔπειτα τοῦ ποταμοῦ πλημμύραντος, κινδυνεύοντα αὐτὸν σώζει Ἥφαιστος, ἐμπρήσας τὸν ποταμὸν καὶ τὸ πεδίον. Μετὰ ταῦτα θεῶν μάχη γίνεται πρὸς ἀλλήλους. Ἀχιλλέα δὲ Ἀπόλλων εἴργει, Ἀγήνορι ὁμοιωθεὶς, καὶ φεύγων ἐξαπατᾷ, ἕως οἱ Τρῶες διασωζόνται εἰς τὴν πόλιν.

Ἐπιγραφαί.

Παραποτάμιος μάχη· ἢ, αἱ παραποτάμιαι· καὶ θεῶν μάχη.

Ἄλλως.

Φῖ, * μόγος Αἰακίδαο παρ' ἠϊόνας ποταμοῖο.

Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς,
Ἔνθα διατμήξας, τοὺς μὲν πεδίονδ' ἐδίωκε
Πρὸς πόλιν, ἧπερ Ἀχαιοὶ ἀτυζόμενοι φοβέοντο,
Ἤματι τῷ προτέρῳ, ὅτε μαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
Τῇ ῥ' οἵ γε προχέοντο πεφυζότες· ἠέρα δ' Ἥρη

SED ubi jam ad meatum pervenerant pulchrè-fluentis fluvii
Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter;
Ibi tum divisos, hos quidem campum versùs insequebatur
Ad urbem, quà Græci turbati fugerant,
Die superiori, quandò furebat illustris Hector:
Illàc hi profundebantur trepidâ-fugâ; caliginem autem Juno

Ver. 1. Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον.] Vide suprà ad ξ', 433.

Ibid. — πόρον —— ποταμοῖο.] Τὸ διαβατὸν αὐτῷ μέρος, καθ' ὃν διαπορεύονται αὐτόν. *Schol.*

Ver. 2. —— ἀθάνατος.] Similitèr infrà *ver.* 13. ἀκάματον· et *ver.* 88. θυγατέρα. Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 4. ἧπερ Ἀχαιοὶ.] Ita ex uno MS. et ex *Eustathio* edidit *Barnesius.* *Al.* ἧπερ οἱ ἄλλοι. Quæ lectio ex *ver.* 554. infrà fortassè huc irrepserit.

Ver. 6. Τῇ ῥ'.] *Eâ utique* ——. *Eâ inquam* ——.

Ibid. —— ἠέρα δ' Ἥρη Πίτνα πρόσθε βαθεῖ-

* *Al.* μόθος.

Πίτνα πρόσθε βαθεῖαν, ἐρυκέμεν· ἡμίσεες δὲ
'Ες ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον, ἀργυροδίνην·
'Εν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ· βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα,
῎Οχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον· οἱ δ' ἀλαλητῷ
῎Εννεον ἔνθα καὶ ἔνθα, ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας.
Ως δ' ὅθ' ὑπαὶ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται
Φευγέμεναι ποταμόνδε, τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ
῎Ορμενον ἐξαίφνης, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ·
῾Ως ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος
Πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν.

Expandit antè densam, ut-inhiberet: dimidii verò
In fluvium volvebantur profundè-fluentem, vorticibus-argenteum;
Inciderunt autem magno strepitu: sonitum verò dedêre alta fluenta,
Ripaeque circumcircà graviter gemuere: Illi verò fremitum-edentes
Innatabant huc et illuc, agitati per vortices.
Ut verò cùm exactae impetu ignis locustae evolant
Ut fugiant ad-fluvium, ardet autem indefessus ignis
Excitatus derepentè; illae verò metu-perculsae-cadunt in aquam:
Sic Achille fugante Xanthi vorticibus-profundi
Implebatur fluentum resonans mixtim equisque et viris.

αν, ἐρυκέμεν.] Domina *Dacier* hæc ita accipit, ut *Juno Trojanos* nebulâ circumfusos ab *Achille* eripere ac servare dicatur: "'Ερυκέ-"μεν," inquit, "ne signifie pas ici, *pour* "*les empêcher de fuir*, mais au contraire, "*pour les sauver, pour les dérober à Achille.* "Junon pour empêcher Achille de pour-"suivre cette moitié de l'armée ennemie, "qui fuyoit vers la ville, la couvre d'un "épais nuage." Ego verò vulgari explicandi rationi magis assentior; nempè, *Junonem Trojanos*, caligine offusâ, in fugâ impedire. Nam vox, ἐρύκω, semper apud *Homerum*, *detinere, inhibere, impedire*, significat:

Μηδέ μ' ἔρυκε μάχης ——. *Il.* σ', 126.
—— ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει.
Odyss. ή, 315.
—— οὓς ἀέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε.
Il. π', 369.

Atque huic explicandi rationi favere videtur *Eustathius*: Τὸ δὲ, "ἠέρα δ' Ἥρη Πίτνα πρόσθε "βαθεῖαν," ταυτόν ἐστι τῷ ἀορασίαν πολλὴν κατεπετάννυε πρὸ ὀφθαλμῶν τοῖς Τρωσὶν, ὡς ἂν δηλαδὴ μὴ βλέποντες ἐν τῷ φεύγειν, πίπτοιεν εἰς τὸν ποταμόν.

Ver. 7. — ἡμίσεες δὲ 'Ες ποταμὸν εἰλεῦντο.] Καὶ ὅρα, ὅτι κἀνταῦθα ὁ ποιητὴς ἐπίτηδες ἐτράχυνε λέξεσι τὴν τοῦ λόγου προφορὰν, ἀναλόγως τῷ ἤχῳ τῆς εἰς τὸν ποταμὸν πτώσεως τῶν φευγόντων. *Eustath.*

Ver. 8. —— ποταμὸν εἰλεῦντο.] Quâ ratione, ποταμὸν, hîc ultimam producat; item περὶ, *ver.* 10. et λιμένος, *ver.* 23. et κατὰ, *ver.* 25. vide suprà ad ά, 51. *Barnesius*, inter varias lectiones, retulit ποταμόν γ' εἰλεῦντο. Sed nihil opus.

Ver. 9. ——— μεγάλῳ πατάγῳ· βράχε δ'.] De hujus ὀνοματοποιΐας pulchritudine, vide suprà ad β', 210. et ad δ', 455.

Ver. 11. —— ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας]

——————— Σκάμανδρος,
Καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι
Κάππεσον ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.
Suprà μ', 21.

Ubi, quum ψάμαθος propriè, non κονίη, sit *arena*; pro Κάππεσον ἐν κονίῃσι, ex hoc loco, itemque ex *ver.* 132. 213. et 239. hujus libri, scribendum conjicit Vir summæ eruditionis *Richardus Bentleius*, Κάππεσον ἐν δίνῃσι. Quocum et meliùs congruit *Virgilius*, *Æn.* I, 104.

—— ubi tot Simoïs correpta *sub undis*
Scuta virûm ——————.

Porrò in eodem versu, cum ἡμίθεος non sit vox Homerica; pro ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν, ex δ', 447. scribendum conjicit Vir idem eruditissimus:

——————— ἰφθίμων μένε' ἀνδρῶν

Atque ita *Virgilius* loco jam citato:

—— virûm ——*fortia* corpora volvit.

Ver. 13. — τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ.]

Sed non idcirco flammæ atque incendia vires
Indomitas posuere. —— *Æn.* V, 680.

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς δόρυ μὲν λίπεν αὐτοῦ ἐπ' ὄχθαις,
Κεκλιμένον μυρίκῃσιν· ὁ δ' ἔνθορε, δαίμονι ἶσος,
Φάσγανον οἶον ἔχων, κατὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα·
Τύπτε δ' ἐπιστροφάδην· τῶν δὲ στόνος ὤρνυτ' ἀεικὴς
Ἄορι θεινομένων, ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ.
Ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
Φεύγοντες, πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου,
Δειδιότες· μάλα γάρ τε κατεσθίει, ὅν κε λάβῃσιν·
Ὣς Τρῶες ποταμοῖο κατὰ δεινοῖο ῥέεθρα
Πτῶσσον ὑπὸ κρημνούς· ὁ δ', ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων,
Ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους,
Ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος·
Τοὺς ἐξῆγε θύραζε τεθηπότας, ἠΰτε νεβρούς·
Δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι,
Τοὺς αὐτοὶ φορέεσκον ἐπὶ στρεπτοῖσι χιτῶσι·
Δῶκε δ' ἑταίροισιν, κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας.
Αὐτὰρ ὁ ἂψ ἐπόρουσε, κατακτάμεναι μενεαίνων.
Ἔνθ' υἷι Πριάμοιο συνήντετο Δαρδανίδαο,

At ille nobilissimus hastam quidem reliquit illic in ripis
Acclinatam myricis; ipse autem insiliit, deo par,
Gladium solum habens, exitialiaque animo meditabatur opera:
Et feriebat quaquaversùm: eorum verò gemitus excitabatur foedus
Ense dum-caedebantur; rubescebatque sanguine aqua.
Ut verò metu Delphinis ingentis pisces alii
Fugientes, implent recessus-intimos portûs stationibus-tuti,
Formidantes; omninò enim devorat, quemcunque ceperit:
Sic Trojani fluvii per impetuosi fluenta
Abdebant-se-perculsi sub crepidinibus: Ille verò ut lassatus erat manus caedendo,
Vivos è fluvio duodecim legit juvenes,
Poenas-daturos de Patroclo Menoetiade mortuo:
Hos eduxit è fluvio metu-stupentes, tanquam hinnulos;
Ligavitque à tergo manus scitè-sectis loris,
Quae ipsi ferebant innexa tortilibus-annulis tunicis:
Tradidit autem sociis, deducendos cavas ad naves.
At ipse iterùm irruit, interficere cupiens.
Illic filio Priami obvius-factus-est Dardanidae,

Ver. 17. —— ἐπ' ὄχθαις.] *Al.* ἐπ' ὄχθῃ.

Ver. 18. Κεκλιμένον μυρίκῃσιν.] Ὑπὸ μυρικῶν περιεχόμενον, κεκαλυμμένον. *Schol.* Minùs rectè.

Ibid. — Κεκλιμένον.] Vide suprà ad ά, 309. et 314.

Ibid. —— ἔνθορε.] *Al.* ἔσθορε.

Ver. 20. — ὤρνυτ'.] Vide suprà ad γ′, 260.

Ver. 23. —— εὐόρμου.] *Al.* εὐόρμους.

Ver. 24. —— μάλα.] *Al.* μέγα.

Ver. 25. —— δεινοῖο.] Nonnulli, notante *Eustathio*, legerunt δινοῖο. Δίνας καὶ συστροφὰς ἔχοντος.

Ver. 27. Ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα.]

—————— Sulmone creatos
Quatuor hic juvenes, totidem, quos educat Ufens,
Viventes rapit; inferias quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas. *Æn.* X, 517.

Ver. 29. Τοὺς ἐξῆγε.] *Al.* Τοὺς δ' ἐξῆγε. Quo modo legit et Codex *Harleianus.*

Ver. 31. ——— φορέεσκον.] *Ferre solebant.* Vide suprà ad β′, 231. et ad ν′, 84.

Ver. 33. — κατακτάμεναι.] *Al.* δαϊξέμεναι.

Ἐκ ποταμοῦ φεύγοντι, Λυκάονι· τόν ῥά ποτ' αὐτὸς
Ἦγε, λαβὼν ἐκ πατρὸς ἀλωῆς οὐκ ἐθέλοντα,
Ἐννύχιος προμολών· ὁ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ χαλκῷ
Τάμνε, νέους ὄρπηκας, ἵν' ἅρματος ἄντυγες εἶεν·
Τῷ δ' ἄρ' ἀνώϊστον κακὸν ἤλυθε δῖος Ἀχιλλεύς·
Καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσε,
Νηυσὶν ἄγων· ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκεν.
Κεῖθεν δὲ ξεῖνός μιν ἐλύσατο, πολλὰ δ' ἔδωκεν,
Ἴμβριος Ἠετίων, πέμψεν δ' ἐς δῖαν Ἀρίσβην·
Ἔνθεν ὑπεκπροφυγὼν, πατρώϊον ἵκετο δῶμα.
Ἕνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο οἷσι φίλοισιν,
Ἐλθὼν ἐκ Λήμνοιο· δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις
Χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν, ὅς μιν ἔμελλε
Πέμψειν εἰς ἀΐδαο, καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος,
Ἀλλὰ τὰ μέν ῥ' ἀπὸ πάντα χαμαὶ βάλε· τεῖρε γὰρ ἱδρὼς

E fluvio fugienti, Lycaoni; quem olim ipsemet
Abduxerat, captum ex patris agro invitum,
Nocturnus progressus: is verò caprifici acuto aere
Incidebat novellos ramos, ut currûs ambitus essent:
Ei autem improvisum malum supervenit nobilis Achilles;
Et tunc quidem ipsum in Lemnum benè-habitatam vendidit,
Navibus abductum: filius autem Iasonis pretium dedit.
Illinc verò hospes ipsum redemit, multaque dedit,
Imbrius Eëtion, misitque ad nobilem Arisben:
Inde *is* clàm-arreptâ-fugâ, paternam venit in domum.
Undecim autem dies animum oblectabat cum suis amicis,
Reversus ex Lemno: duodecimâ verò ipsum rursùs
Manibus Achillis Deus injecit, qui ipsum erat
Missurus ad Orcum, etiam nolentem ire.
Hunc autem ut advertit pedibus-valens nobilis Achilles
Nudum sine galeâque et clypeo, neque habebat hastam,
Namque ea quidem omnia in terram abjecerat; conficiebat enim sudor

---

Ver. 35. —— τόν ῥά.] *Quem scilicèt* ——

Ver. 37. ——— ἐρινεὸν.] Vide suprà ad ζ', 433.

Ver. 38. — Τάμνε.] Vide suprà ad θ', 87. et ad ν', 84.

Ver. 39. —— ἄρ'.] *Ut dictum est* ——— *ver.* 36, 37.

Ibid. — ἤλυθε.] Vide suprà ad ό, 454. et ad ά, 37.

Ver. 40. — ἐπέρασσε.] Rectè cum duplici σ. Nam πέρασε penultimam corripit, quippe ex πιπράσκω, non ex περάω deducta. Vide suprà ad ά, 67. *Al.* ἐπέρησε.

Ver. 41. —— υἱὸς Ἰήσονος.] Ὁ Εὔνηος. *Schol.* Rectè; ut liquet ex *Iliad.* ή, 468. ψ', 747.

Ver. 42. — ἐλύσατο.] Vide suprà ad ά, 20.

Ver. 43. —— Ἀρίσβην.] Πόλιν Θρᾴκης ὑπ' Ἑλλήσποντον. *Schol.* *Eustathius* autem, Ἀρίσβη δὲ, (inquit,) πόλις Τρῳάδος, Μιτυληναίων ἀποικίαν σχοῦσα. Vide et *Strabonem*, *Geograph.* *lib.* XIII. *pag.* 883. *Al.* 590.

Ver. 49. — οὖν.] Non hîc supervacaneum est istud οὖν· sed vim habet in connectendâ sententiâ cum eo quòd præcessit, *ver.* 34. Ἔνθ' υἷι Πριάμοιο, *&c.*

Ibid. — ποδάρκης.] Vide suprà ad ά, 58.

Ver. 51. —— ἀπὸ πάντα χαμαὶ βάλε.] Id est, πάντα χαμαὶ ἀπέβαλε.

Ibid. —— τεῖρε γὰρ ἱδρὼς.] Cod. *Harleian.* τεῖρε δὲ ἱδρώς.

Φεύγοντ' ἐκ ποταμοῦ, κάματος δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα·
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕσπερ ἔπεφνον,
Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος·
Οἷον δὴ καὶ ὅδ' ἦλθε, φυγὼν ὕπο νηλεὲς ἦμαρ,
Λῆμνον ἐς ἠγαθέην πεπερημένος· οὐδέ μιν ἔσχε
Πόντος ἁλὸς πολιῆς, ὃ πολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει.
Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ δουρὸς ἀκωκῆς ἡμετέροιο
Γεύσεται, ὄφρα ἴδωμαι ἐνὶ φρεσὶν, ἠδὲ δαείω,
Ἢ ἄρ' ὁμῶς καὶ κεῖθεν ἐλεύσεται, ἤ μιν ἐρύξει
Γῆ φυσίζοος, ἥτε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει.
Ὣς ὅρμαινε μένων· ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἦλθε τεθηπὼς,
Γούνων ἅψασθαι μεμαώς· περὶ δ' ἤθελε θυμῷ
Ἐκφυγέειν θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν.
Ἤτοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο δῖος Ἀχιλλεὺς,
Οὐτάμεναι μεμαώς· ὁ δ' ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων

Fugientem è fluvio, delassatioque genua subtùs domabat:
Indignatus utique dixit ad suum magnum animum:
" Papae, ingens sanè miraculum hoc oculis video:
" Jam nimirùm Trojani magnanimi, quos interfeci,
" Rursùs resurgent ex infernis tenebris caliginosis;
" Ut jam et hic reversus est, postquàm effugit saevum diem,
" Lemnum in sacram licèt venundatus: neque ipsum tenuit
" Pontus sali cani, qui multos invitos coërcet.
" Sed agedum et hastae cuspidem nostrae
" Gustabit, ut videam in mente et edocear,
" An similitèr et illinc reversurus-sit, an ipsum coërcebit
" Terra alma, quae et fortem licèt coërcet."
Haec animo-versabat manens: Is verò prope eum venit animo-consternatus,
Genua tangere cupiens; valdè enim exoptabat animo
Effugere mortemque exitialem et fatum nigrum.
Ac quidem hastam longam sustulit nobilis Achilles,
Percutere paratus: is autem currens subiit et prehendit genua

---

Ver. 53. Ὀχθήσας δ'.] Edidit *Barnesius* Ὀχθήσασδ'. " *Sensu* (ut ait) et *Syntaxi* co-" gentibus." Sed minùs rectè. Vide suprà ad ά, 57. et ad ί, 439.

Ver. 60. ——— ἄγε δή.] Vide suprà ad ί, 249. et ad β', 158.

Ver. 64. ——— τεθηπώς.] Vide suprà ad β', 514.

Ver. 65. ——— ἅψασθαι.] *Al.* ἅψεσθαι.

Ver. 67. Ἤτοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο.]

Inde Mago procul infensam cum tenderet hastam;
Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta:
Et genua amplectens, effatur talia supplex;
Per patrios manes, et spes surgentia Iüli,
Te precor, hanc animam serves natoque patrique. *Æn.* X, 521.

Ibid. ——— ἀνέσχετο.] *Eustathius* legit ἀνίσχεθε.

Ver. 68. Οὐτάμεναι.] Non ex οὐτᾷν, inde enim fit οὐτήμεναι, vel οὐτάμεναι, quod antepenultimam necessariò producat: Sed, quâ analogiâ ex τίθημι fit τιθέναι· ex δίδωμι, διδόναι· eâdem ex οὔτημι fit οὐτᾶναι, indeque οὐτάμεναι, quod antepenultimam necessariò corripit.

Κύψας· ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
Ἔστη, ἱεμένη χροὸς ἄμμεναι ἀνδρομέοιο.
Αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων,
Τῇ δ' ἑτέρῃ ἔχεν ἔγχος ἀκαχμένον, οὐδὲ μεθίει·
Καί μιν λισσόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Γουνοῦμαί σ', Ἀχιλεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον·
Ἀντί τοι εἴμ' ἱκέταο, διοτρεφὲς, αἰδοίοιο.
Πὰρ γάρ σοι πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτὴν,
Ἤματι τῷ, ὅτε μ' εἷλες ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
Καί μ' ἐπέρασσας, ἄνευθεν ἄγων πατρός τε, φίλων τε,
Λῆμνον ἐς ἠγαθέην· ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον·
Νῦν δ' ἐλύμην τρὶς τόσσα πορών· ἠὼς δέ μοι ἐστὶν
Ἥδε δυωδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα,
Πολλὰ παθών, νῦν αὖ με τεῇς ἐν χερσὶν ἔθηκε
Μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπέχθεσθαι Διῒ πατρὶ,
Ὅς με σοὶ αὖτις ἔδωκε· μινυνθάδιον δέ με μήτηρ
Γείνατο Λαοθόη, θυγάτηρ Ἄλταο γέροντος,

Pronus: hasta verò super dorsum in terrâ
Stetit, cupiens corpore satiari humano.
Caeterùm hic alterâ *manu* quidem prehensis supplicabat genibus,
Alterâ verò tenebat hastam acutam, neque dimittebat;
Et eum supplicans verbis alatis allocutus est:
" Genua-amplexus te oro, Achille; tu autem me respice, meîque miserere:
" Loco tibi sum supplicis, Jovis-alumne, reverendi.
" Apud te enim primùm gustavi Cereris fruges,
" Die illo, quandò me cepisti benè-culto in agro,
" Et me vendidisti, procul abductum à patreque, amicisque,
" Lemnum in sacram; centum autem boüm-pretium tibi peperi:
" Nunc verò redemptus-fuero ter tantis datis: Aurora autem mihi est
" Haec duodecima, postquàm in Ilium perveni,
" Multa perpessus; nunc verò me tuis in manibus posuit
" Fatum exitiale: odio nimirùm sum Jovi patri,
" Qui me tibi rursùs tradidit: Brevis autem aevi me mater
" Peperit Laothoë, filia Altae senis,

Ver. 69. —— ἄρ'.] *Ut necesse erat* ——.

Ver. 70. —— ἱεμένη χροὸς ἄμμεναι.] Vide suprà ad λ', 126. et ad ό, 317.

Ver. 71. —— ἐλλίσσετο.] Ita restituit *Barnesius*. *Al.* ἐλίσσετο. Quod et ipsum ferri posset; eâdem scilicèt analogiâ, ac ἐλώρια. Vide suprà ad ά, 4. Ἐλλίσσετο tamen rectiùs videtur; non modò propter similia, ἔλλαβε, ἐλλιτάνευε; sed maximè propter eandem ipsam vocem, ἐλλισάμην, *Odyss.* λ', 35. et ν', 273; ubi Exemplaria conveniunt.

Ver. 72. —— οὐδὲ μεθίει.] Vide suprà ad ό, 24 et 66. et ad π', 762.

Ver. 73. —— λισσόμενος ἔπεα.] Vide suprà ad ά, 51. *Al.* φωνήσας ἔπεα.

Ver. 76. —— πρώτῳ.] *Al.* πρῶτον.

Ver. 78. —— ἐπέρασσας.] Cod. *Harleian.* ἐπέρασας. Minùs rectè. Vide suprà ad *ver.* 40.

Ver. 79. ——— ἑκατόμβοιον.] Τιμὴν ἑκατὸν βοῶν ἀξίαν. *Schol.*

Ver. 80. Νῦν δ' ἐλύμην.] Ita edidit *Barnesius*. *Al.* Νῦν δὲ λύμην. Ἰστέον, ὅτι τὸ, " Νῦν " δ' ἐλύμην τρὶς τόσσα πορὼν," οὐκ ἔστιν εὐκτικὸν, ἀλλ' ὁριστικὸν, ὑπερσυντελικὸς, ἀντὶ τοῦ ἐλελύμην. *Etymolog. Magn.* à *Barnesio* citatum. Vide infrà ad *ver.* 114. et ad ώ, 1.

Ver. 81. ——— εἰλήλουθα.] Hoc est, quod aiunt Galli, *Je suis venu.* Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 85, 86. Ἄλταο —— Ἄλτεω.] Vide suprà ad ά, 265.

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει,
Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ὑπὸ Σατνιόεντι·
Τοῦ δ' ἔχε θυγατέρα Πρίαμος, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας·
Τῆσδε δύω γενόμεσθα, σὺ δ' ἄμφω δειροτομήσεις.
Ἤτοι τὸν πρώτοισι μετὰ πρυλέεσσι δάμασσας,
Ἀντίθεον Πολύδωρον, ἐπεὶ βάλες ὀξέϊ δουρί·
Νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται· οὐ γὰρ ὀίω
Σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι·
Μή με κτεῖν', ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι,
Ὅς τοι ἑταῖρον ἔπεφνεν ἐνηέα τε, κρατερόν τε.
  Ὣς ἄρα μιν Πριάμοιο προσηύδα φαίδιμος υἱὸς,
Λισσόμενος ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσε·
  Νήπιε, μή μοι ἄποινα πιφαύσκεο, μηδ' ἀγόρευε·
Πρὶν μὲν γὰρ Πάτροκλον ἐπισπεῖν μόρσιμον ἦμαρ,

" Altae, qui Lelegibus bellicosis imperat,
" Pedasum excelsam obtinens propè Satnioënte :
" Hujus autem habuit filiam Priamus, multas etiam et alias:
" Ex-hâc duo nati sumus, tu verò ambos obtruncaveris.
" Illum quidem primos inter pedites domuisti,
" Deo-parem Polydorum, postquàm percussisti acutâ hastâ :
" Nunc verò hîc mihi malum erit ; non enim puto
" Tuas manus *me* effugiturum, postquàm propè-adduxit Deus.
" Aliud autem tibi dicam, tu verò in mente recondc tuâ :
" Ne me interfice, non enim uterinus-frater Hectoris sum,
" Qui tibi sodalem interemit mitemque, fortemque."
Sic utique eum Priami allocutus est illustris filius,
Supplicans verbis ; immitem autem vocem audivit :
" Stulte, ne mihi pretia-redemptionis memora, neque narra :
" Antequàm enim Patroclus assecutus esset fatalem diem,

Ver. 87. Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ὑπὸ Σατνιόεντι.] Καὶ νῦν δὲ προσληπτέον ὅτι Πήδασόν τινα λέγει [Ὅμηρος] πόλιν αὐτῶν [Λελέγων] ὑπὸ Ἄλτῃ τεταγμένων· " Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέ-" μοισιν ἀνάσσει, Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ " Σατνιόεντι." Καὶ νῦν ὁ τόπος δείκνυται τῆς πόλεως ἔρημος. Γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ, " ὑπὸ Σατ-" νιόεντι," ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως· οὐδὲν δ' ἐστὶν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προσαγορευόμενον· ἀλλὰ ποταμὸς, ἐφ' ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις· νῦν δ' ἐστὶν ἐρήμη. *Strabo, Geograph. lib.* XIII.

Ver. 91. Ἀντίθεον] Insignem ; non utique ad *omnem* virtutem, sed propter *agilitatem singularem*. Vide suprà ad ύ, 410.

Ibid. —— ὀξέϊ δουρί.] Cod. *Harleian.* ὀξέϊ χαλκῷ.

Ver. 93. — ἐπέλασσέ.] Vide suprà ad ν', 1.

Ver. 94. Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.] Vide suprà ad π', 851.

Ver. 95. —— ὁμογάστριος.] Ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς γαστρὸς ἀδελφός. *Schol.*

Ver. 98. Λισσόμενος ἐπέεσσιν.] *Al.* μειλιχίοις ἐπέεσσιν· Ut suprà λ', 137. Cui lectioni et aptiùs respondet sequens ἀμείλικτον. Porrò, quâ ratione, Λισσόμενος, hîc ultimam producat ; item ἀπὸ, *ver.* 113. et ἄμφηκες, *ver.* 118. et ἐπιειχόμενος, *ver.* 121 ; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 99. Νήπιε, μή μοι ἄποινα πιφαύσκεο.] *Al.* μή μοι ταῦτα πιφαύσκεο.

Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce tuis : belli commercia Turnus
Sustulit illa prior, jam tum Pallante perempto. *Æn.* X, 531.

Ver. 100. —— μόρσιμον ἦμαρ.] *Al.* αἴσιμον ἦμαρ.

Τόφρα τί μοι πεφιδέσθαι ἐνὶ φρεσὶ φίλτερον ἦεν
Τρώων, καὶ πολλοὺς ζωοὺς ἕλον, ἠδ' ἐπέρασσα·
Νῦν δ' οὐκ ἔσθ', ὅς κεν θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε
Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῆς ἐν χερσὶ βάλῃσι,
Συμπάντων Τρώων, περὶ δ' αὖ Πριάμοιό γε παίδων.
Ἀλλά, φίλος, θάνε καὶ σύ· τίη ὀλοφύρεαι αὔτως;
Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
Οὐχ ὁράας, οἷος κἀγὼ, καλός τε, μέγας τε;
Πατρὸς δ' εἴμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ μ' ἐγείνατο μήτηρ·
Ἀλλ' ἐπί τοι κἀμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ
Ἔσσεται, ἢ ἠὼς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ·
Ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο ἄρει ἐκ θυμὸν ἕληται,
Ἢ ὅγε δουρὶ βαλὼν, ἢ ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ.

" Intereà aliquantùm mihi parcere in animo gratum erat
" Trojanis, et multos vivos cepi, et vendidi:
" Nunc verò non est, qui mortem effugiat, quemcunque utique Deus
" Ilium ante meas in manus conjecerit,
" Universorum Trojanorum, praecipuè autem Priami filiorum.
" Sed, amice, morere et tu: cur lamentaris frustrà?
" Occubuit et Patroclus, qui tamen te multò praestantior.
" Nonne vides, qualis et ego, pulcherque, magnusque;
" Quin et patre natus sum eximio, deaque me peperit mater:
" Et mihi tamen utique mors et fatum violentum
" Aderit, seu aurora *fuerit*, seu crepusculum, seu meridies;
" Quando quis et mihi aere animum auferet,
" Sive is hastâ percusserit, sive à nervo sagittâ."

Ver. 102. —— ἐπέρασσα.] Vide suprà ad *ver.* 40.

Ver. 103. ——— ὅς κεν θάνατον φύγῃ.] *Al.* ὅστις θάνατον φύγοι.

Ver. 104. Ἰλίου προπάροιθεν.] Vide suprà ad ό, 24 et 66.

Ver. 105. Συμπάντων.] *Al.* Καὶ πάντων. Atque ita legit Codex *Harleianus.*

Ver. 106. —— αὔτως.] *Al.* οὕτως.

Ver. 107. Κάτθανε καὶ Πάτροκλος.]

Ipse Epicurus obît decurso lumine vitæ,
Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes
Præstinxit, stellas exortus uti ætherius Sol:
Tu verò dubitabis, et indignabere obire?
Lucret. Lib. III, 1055.

Et *ver.* 1058. ejusdem libri:

Lumina sis [*Al.* sic] oculis etiam bonus Ancu' reliquit,
Qui melior multis, quam tu, fuit ——.

Similitèr ferè et *Cicero:* " Ii viri hoc bello " occiderunt, ut impudentia videatur ean- " dem fortunam, si res cogat, recusare." *Ad Familiares, Lib.* VI. *Epist.* 4. Λέγεται δέ ποτε —— τὸν —— Καλλισθένην συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως, [Ἀλεξάνδρου,] δὶς ἢ τρὶς ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. " Κάτθανε καὶ " Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων." *Plutarch. Vitæ Alexandri et Julii Cæsaris comparatæ.* Vide suprà ad σ', 117.

Ver. 108. Οὐχ ὁράας, οἷος κἀγὼ.] Vide *Suetonium, Domitian. cap.* 18; ubi versum hunc ab Imperatore usurpatum refert.

Ibid. —— οἷος κἀγὼ, καλός τε, μέγας τε.] *Al.* οἷος μὲν ἐγὼν, ἠΰς τε, μέγας τε.

Ibid. —— καλός.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 110. —— τοι κἀμοὶ.] *Al.* τοι καὶ ἐμοί. Atque ita legit Codex *Harleianus.*

Ver. 111. —— ἢ ἠὼς, ἢ δείλης.] *Al.* δείλη. " Quæ lectio" (inquit *Henricus Stephanus*) " mihi simplicior videtur, et aptiùs jungi " cum ἠώς." *Al.* δείλῃ.

Ver. 112. —— ἄρει.] Cod. *Harleian.* ἀρῃ. *Al.* ἄρης· quo modo legit et *Scholiastes*; exponitque, Σίδηρος τὴν ψυχὴν ἀφέληται.

Ver. 113. —— ὅγε.] De hujus Syntaxeos venustate, vide suprà ad γ', 409.

Ibid. ——— νευρῆφιν.] Vide suprà ad ν', 588.

Ὣς φάτο· τοῦ δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ·
Ἔγχος μέν ῥ' ἀφέηκεν, ὁ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας
Ἀμφοτέρας· Ἀχιλεὺς δὲ ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ
Τύψε κατὰ κληῗδα παρ' αὐχένα· πᾶν δέ οἱ εἴσω
Δῦ ξίφος ἄμφηκες· ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ
Κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
Τὸν δ' Ἀχιλεὺς ποταμόνδε, λαβὼν ποδὸς, ἧκε φέρεσθαι,
Καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν·
Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν· οἵ σ' ὠτειλῆς
Αἷμ' ἀπολιχμήσονται, ἀκηδέες· οὐδέ σε μήτηρ
Ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται· ἀλλὰ Σκάμανδρος
Οἴσει δινήεις εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον.
Θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει

Sic dixit: illius verò ibi soluta sunt genua et charum cor:
Hastam quidem dimisit, conseditque manibus passis
Ambabus: Achilles verò stricto ense acuto
Percussit ad claviculam propè cervicem; totus autem ei intrò
Subiit ensis anceps: ille verò pronus in terrâ
Jacebat extensus; sanguis autem ater effluebat, rigabatque terram.
Illum verò Achilles in-fluvium, prehensum pede, misit ferendum,
Et super eum glorians verba alata profatus est:
" Istic nunc jace inter pisces, qui tibi vulneris
" Sanguinem delambent, securi; neque te mater
" Impositum lectis deflebit, sed Scamander
" Feret vorticosus in maris latum sinum.
" Saltans quis per undam sub nigram horrescentem-superficiem evehetur

Ver. 114. —— λύτο] Non ex ἐλύετο, inde enim fit λῦτο primâ productâ; sed ex ἐλέλυτο. Eodem modo ac λέκτο ex ἐλέλεκτο. Vide infrà ad ώ, 1.

Ver. 115. —— πετάσσας.] Rectè cum duplici σ. Nam πετάσας mediam corripit, quippe à πετάννυμι deducta. Vide suprà ad ά, 67. et ad *ver.* 40. hujus libri.

Ver. 117. Τύψε κατὰ κληῗδα παρ' αὐχένα· πᾶν δέ οἱ εἴσω Δῦ ξίφος.]

Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem. *Æn.* X, 536.

Ver. 118. —— ἄρα.] *Ut ex tali vulnere necesse erat* ——.

Ibid. —— γαίῃ.] Cod. *Harleian.* γαίης.

Ver. 120. 148. 152. Τὸν δ' —— Οἱ δ' —— Τὸν δ'] Vide suprà ad ά, 57. et ad θ', 160.

Ver. 121. —— ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν.] *Al.* ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Ver. 122. —— Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο.]

Istic nunc, metuende, jace; non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra sepulchro;
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Unda feret, piscesque impasti vulnera lambent. *Æn.* X, 557.

Ver. 123. —— ἀκηδέες.] *Al.* ἀνηλέες.

Ver. 124. 223. —— Σκάμανδρος — Σκαμάνδρῳ.] Cod. *Harleian.* Κάμανδρος — Καμάνδρῳ.

Ver. 126. Θρώσκων τις κατὰ κῦμα, *&c.*] Ἐφαλλόμενος καὶ νηχόμενός τις τῶν ἰχθύων κατὰ θάλασσαν, καὶ ἐμπλησθεὶς τῆς Λυκάονος πιμελῆς, πάλιν ὑπὸ τὴν μέλαιναν φρῖκα κατελεύσεται. *Schol.*

